


FRANCOFVRTI ad MOENUM.
Impensis Ioh. Beyeri.

LUDOVICI von Hörnigk
S. CÆS. M. CONSILIARII, COMITIS PALATINI ET AD REM LIBRARIAM In Imperio Commissarii &c.

TRACTATUS POLITICO-HISTORICO-JURIDICO-AULICI DE REGALI POSTARUM JURE,

CUM EX IURE OMNI, TUM CONSTITUTIONIBUS IMPERII ET summorum Principum mandatis ac Rescriptis ut & Doctorum Virorum myrotheciis deprompti, obque materiæ quà raritatem, quà dignitatem omnimodamque & Belli & pacis tempore utilitatem foras dati,

Editio tertia anterioribus longè auctior.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Impensis JOHAN. BEYERI.

M DC LXIII.

Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo
S.R.I. Principi ac Domino
Domino
FRANCISCO EGONI,
Epiſcopo Argentoratenſi, Landgravio Alſatiæ & Bahr / Comiti in Fürſtenberg / Heiligenberg / Werdenberg / Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Decano &c.

Domino meo clementiſſimo.

TRACTATU HOC
S. R. I. Epiſcopatum Argentor. recens adeptum humillimè gratulor, ſimulque ejus Reverendiſſimæ Celſitudini cœleſtem Benedictionem, & præprimis
REGIMEN FELIX
VITAM DIUTURNAM
SANITATEM EXOPTATAM
ex limpido Cordis canali apprecor

Ludovicus von Hörnigk
J. U. & Medic. Doctor
Conſiliarius Aulicus Moguntinus.

In nomine

SANCTISSIMÆ

TRINITATIS!

CAPUT I.

De

Notatione seu nominis definitione.

THEOREMA I.

SUMMARIA.

1. *Posta unde dicta.*
2. *Nominis quæstio rei præcedit.*
3. *Ab universalib. ad singularia &c procedendum.*
4. Mahlstat *quid.*
5. σαθμὸς *quid.*
6. *Posta quid.*

POSTA, à ponendo dicta 1
quasi posita (*a*) juxta peregrinorum (*b*) imitationẽ, qui tali rei, tale indidêre nomen, πολύωνυμον est vocabulum, quandoque

enim si hononymiam spectemus (c) Cursorem, interdum ipsos equos cursoris (d) aliquando stativa (e) nōnunquam etiam ipsum jus, officium & rem cursoriam (f) denotat. Græcis ςαθμὸς (g) Latinis, Italis, Hispanis ac Lusitanis Posta, Gallis Poste (h) Germanis Post & Postlauff/ (i) vocata.

2 (a) Rectissimè primam vocabuli hujus Notationi indulgemus conclusionem seu caput

Arg. l. si quæramus. 4. *ff. de Testam.* Franc. Herculan. *de attentat. c.* 1. *n.* 2.

cum signi seu nominis quæstio, rei præcedat quæstionem, veluti hoc methodi lex requirit, mandans ut explicata ambiguæ vocis etymologia ab univer-
3 salibus ad singularia, seu generalibus ad specialia procedatur: è re namq; est, priusquā ad verborum interpretationem deveniam cum Ulpiano JCto de notatione rei & significatione ejus aliquid referre

l. 1. *in princ. ff. de reb. cred.*

& nosse unde Postæ nomen descendat.

per l. 1. *ff. de l.* & 1. Aristot. *l.* 1. *Ethicor.* 7. & 8. *topic. c.* 3. & 4. Scalig. *exerc.* 1. *f.* 1.

Cæterùm, à ponendo Posta dicitur quod signat defigere, statuere & constituere.

l. 2. *fin. regund. l.* 7. §. 1. *de reb. dub. l.* 5. *ff. ad exhib. l.* 44. *ff. qui. ff. de recept. arbitr. l.* 2. *de term. mot.*

quæ

quæ significatio hujus loci videtur, quia posta positas cursorum Stationes denotat;

gl. ad l. 18. §. 21. *verb Angar. de munerib. & hon.*
Hotom. *de V. S. voce Angarus.*

quasi positi & certis locis collocati, ut semper in procinctu excubent, si quid expediendum. Unde in Rec. Imperii Spirense de año 1542. §. Und damit man. 45. dicitur: daß derhalben eine Post ahn gelegene Mahlstat gelegt unterhaltē werde; ubi Mahlstat stationem significat. Statio autem locus est, ubi aut homines aut jumenta consistunt.

l. 13. *in fin. ff. de usufr.*

ita quoque Mansio locum in quo iter facientes per noctem quiescebant.

Salm. *in polyh. Sol. p.* 495.

(*b*) Italorum, Hispanorum, & Gallorum puta, quorum idiomata sibi invicem haud parùm sunt affinia, quique tam hanc ob rationem, quàm quòd ipsorum linguæ ipsis vernaculæ, latinam matrem suam proprii ad hanc rem vocabuli egestate laborantem, facilè eo invitare potuerunt, ut eadem potius voce secum uteretur, quàm novæ inveniendæ studeret.

(*c*) Cujus cap. 6. & 15. theorem. 1. & 18. c. 16. theorem. 1. seq. uberior fiet mentio.

(*d*) Quos cap. 7. & 18. theorem. 18. litterariis sectabimur flagellis.

(*e*) Suo attingenda loco.

(*f*) De qua in proximo c. 2. Est & hujus nominis oppidum de qua F. Leander Albertus:

l. 1. *in descript. Italiæ à* Kyriando *Latinè reddita in Samnitib. seu Italiæ regione duodecima.*

Rivi amborum cursu infra horam delati confluunt, ita ut superius peninsula relinquatur, in qua sunt oppida Pescum, POSTA lobrotullium, ipsaque SORA P. M. X. ab D. German. &c.

5 (*g*) σταθμὸς, i. Stabulum, diversorium, mansio, statio, Poststelle / veluti Naustathmus, Schiffstelle / Schiffhaaven / portus tutissimus, ingentem naviũ vim capiens

Liv. *l.* 36.

quæ certis spaciis distingui solet, unde σταθμεύειν diversari, stabulari, stativa habere. Item, mensuræ genus Geometricæ, apud Persas maxime usitatum, quorum regnum universum in σταθμοὺς regios divisum erat, dispositis certo intervallo diversoriis, quò, quæ vel in extremis regni angulis gererentur, celeriùs ad Regem perferri possent. Fuit autem Stathmorum mensura non ubique eadem, veluti apud Herodotum lib. 5. videre est. Ferè tamen res eò redibat, ut singuli Stathmi sesquistadium supra centena continerent, (eodem Herodoto teste,) qui CXI. Stathmos, XIII. M D. stadiis æquabant.

(*h*) per metaphoram à postium in ædibus, imò quibusvis ædificiis aliis, similitudine sumptam: quemadmodum enim postes, Græcis σταθμοὶ nuncupati, ostiorum latera ac ædificiorum fulcra sunt, quibus hæc stabiliuntur illisq; innituntur & super ipsis quasi quiescunt, unde Virgil. 2. Æneid.

Emoti procumbunt cardine postes.

ita & Posta locus est, ubi cursores cum equis suis à peracto cursu seu itinere (de quo infra) quiescunt: atque à quo iterum currere incipiunt, sarcinamque,

namque, seu, (ut Cornelii Frontonis distinctioni 6
locũ demus) onus alii ulterius, sicubi opus est, vehendum tradunt. Italis Posta significat quemvis positum & situm, locum commorandi (hinc Germani illos imitantes, an einem Orth posto fassen) tempus diei constituti, vestigium, &, (quae significatio ante alias huc facit) terminum itineris octo milliarium Italicorum plus minusve, in quo equi cursorii commorari assolent; unde de iis aegris, quibus in horas ingravescit aegritudo, enatum diverbium: *auuiarsi per le poste*, sich auff die Post oder zum abschied dieser Welt bereit und fertig machen / Pantagruel c. 8.
auff der Post etwas thun / id est, geschwind; auff der Post sagen / I. tribus verbis. Quod porrò Italis est *andar per la posta*, hoc Gallis est *postiquer*, courir la poste, chevaucher à la poste (quanquam chevaucher quoq; significet rem habere cum foemina) & *chevaucheur à poste* ein Postiglion / Postreuter / Latinis equo cursorio vehi, Germanis, die Post reiten / auff der Post reiten / postiren / etc.

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Synonyma postae.*
2. *Angarius & Angariae unde & quid.*
3. *Parangariae.*
4. *σταθμὸς quomodo ab Italis, Gallis & Germanis vocetur.*

Multa s, quæ nomen postæ gerunt.

1 Vocata Latinis cursores, stationes, equi publici,

Nov. 30. *c.* 1. *&* *c.* 7.

Evectiones

l. 2. *C. de commeat. l.* 3. 4. 6. 23. *C. de curs. publ.* Menoch. *de A. I. Q. l.* 2. *cent.* 3. *cas.* 229.

2 Angari qui regias epistolas alter alteri succedendo ferunt.

Hotoman. *de V. S. voce Angarius*,

quæ vox à lingua Persica ad Græcam deducta; Ἄγγαρους enim Persæ specialiter regios vocabant nuncios, quorum pernicissimus erat cursus,

Gl. ad l. 18. §. 21. *ff. de mun. & honor. ad verb. Angaria*,

quos Astandas quoque Suidâ autore appellant,

Bœcl. *ad Sueton. in vit. Aug. c.* 49. Speidel. *in specul. voc.* Post. *vid.* Lips. *Epist. cent.* 3. *epist.* 59.

3 unde Angariæ & Parangariæ nomen ad Jus Civile descendit,

Hotom. *d. l.* 11. *C. de SS. Eccl. l.* 2. *C. de Episc. & Cler. l.* 2. *Cod*,

de quibus mun. vel præstat. *l.* 10. *interim* in Digestis Parangariarum nulla fit mentio, sed tantum Angariarum.

Sixt. *de reg. l.* 2. *c.* 13. *n.* 38 *vide infra c.* 19. *Theor.* 4.

4 Græcis σταθμὸς, ab Italis, *corriero*, *staffetta*, *messo*, *porta-lettere*, *posta*. Gallis *courriers*, *poste*, *porteurs des lettres*, & Hispanis, *correros*. unde sua significata deducunt Germani Post und Postbotten / Postilionen / Currirer / Post-knecht / Postjungen.

Garz. *in Piazza univers. disc.* 43.

THEO-

THEOREMA III.
SUMMARIA.

1. *Personæ significatio.*
2. *Nuncii privatorum.*
3. *Currendi actus quàm latè pateat.*
4. *Definitio Postæ imperfecta.*

HUjusmodi Postæ sunt personæ à Magistratu ad expediendum cursus publicos in publicam utilitatem ordinatæ.

(*a*) Dicuntur Personæ, quia sunt homines, & quidem tàm liberi quàm servi, quos personæ significatio complectitur. 1

l. 32. de R. J. l. 1. 3. *ff. de stat. hom.*

A Magistratu ordinatæ, quoniam privatus potest habere nuncium, eumque pro libitu mittere, non autem postas, seu Cursores publicos: 2

l. 27. 54. *C. Th. de curs. publ. l.* 4. *C. de offic. Rect. Provin. ad expediendum cursus publicos.*

Currendi actus tàm latè patet, ut non tantùm de equitantibus, sed etiam navigiis, vehiculis & pedibus iter facientibus sit intelligendus. 3

Cluten. *in syll. rer. concl.* 22. *l. B.* Arnis. *de jur. Majest. c* 5. *p. m.* 547. Arum. *vol.* 11. *disc.* 7. *th.* 22. *n.* 8.

& alii Postas definiunt: Equos publicos per vias publicas dispositos: sed cum hæc definitio nec materiam nec formam rei definitæ satis explicet, eam meritò ceu specialem rejicimus. 4

THEOREMA IV.

SUMMARIA.

1. *Cursores quotuplices.*
2. *Cursores publici quid.*
3. *Cursores Statuum Imperii.*

1 IPsos Cursores publicos distinguunt alii in generales (*a*) & speciales, ut illi sint postæ Imperii Germanicè Reichsposten / Kayserl. Reichsposten; Hi vel certarum provinciarũ Germ. Landposten / Hoffposten / (*b*) vel privatorum & civitatum, Germ. Metzgerposten / Nebenbotten.

2 (*a*) Quales Cæsarei vel Regii utpote jure Majestatis currere jussi. (*b*) Quos ego non vocarẽ Postas cum Statibus Imperii vel Regni meâ opinione nullum jus sit in impedimentum Cæsarearum vel Regiarum postarum cursum hunc vel illum (ex quocunque seu vero seu ficto jure sit) instituere. Adde quòd (*c*) privatorum missiones nunciorum, postæ nomen nullatenus mereantur, de quibus infra fusius.

3 Sed altiora hæc altiùs examinemus: Comperi quatuor ab iis produci rationes qui pro Statibus verba habent: prima est quòd Status in suo territo-

rio

rio tantum, quantum Imperator in Imperio possit. Secunda quòd Generalis posta omnibus & singulis satisfacere non valeat, eò quòd Cæsarei cursores ordinarii omnia provinciarum loca perreptare aut litteras in devia quæque citò satis perferre haut queant. Tertia, quòd Principes non teneantur Postæ Cæsareæ litteras suas inviti concredere. Quarta, quòd ipse Archidux Austriæ (quà talis) per Austriam & hujusmodi hæreditarias ditiones instituerit postas: quod autem huic licet, licebit æquè cæteris Statibus.

Ex adverso, ii qui negant, sequentib. utuntur argumentis:

Primò, quia nullus Imperii Status jus Majestatis habet.

Secundò, quia nullibi est in observantia sed insolitum quid.

Tertio quia contra omnium Principum & Statuum mentes est ac declarationem in Comitiis factam quæ vult, ut solus Cæsar in Imperio instituat & sibi commendatas habeat postas.

Quartò, quia non potest esse posta Statuum absque impedimento & detrimento Cæsareæ postæ.

Et hi respondēt ad illorum rationes, ut in Theoremate II. & III. Capitis III. legere est.

Caput II.
De
Definitione reali.

SVMMARIA.

1. *Res si constat de Definitione non multum laborandum.*
2. *Argumentum à definitione est probabile, necessarium & utile.*
3. *An omnis principis potestas sit jus regale.*
4. *Regalia, regia jura, jura Basilica &c.*
5. *Quotuplicia sint regalia.*
6. *Regalia Fisci.*
7. *Posta an Regale sit.*
8. *In hoc mundo nihil firmum.*
9. *Causæ novæ emergentes novis indigent juris dispositionibus.*
10. *Quæ latenter fiunt non percipiuntur in instanti & cito.*
11. *Vetus reip. forma ad hodiernum Imperii Statum non quadrat.*
12. *Multum interest inter illud quod fuit & est.*

POSTA autem est ius (*a*) reale (*b*) Maiestatis, (*c*) cursus (*d*) publicos (*e*) ordinarios (*f*) iuxtaque extraordinarios, (*g*) instituendi.

(*a*) Tametsi ferè nihil in vulgus notius, hominũve sermone tritius quàm POSTA, ita ut definitione
1 eius vix esse videatur opus, cùm, quando res absque definitione constare potest, de definitionibus non adeò laborandum.

Varro *op. A* Gell. 1 *noct.* 25. Tiraq. *de jur. prim. qu.* 1. *pr.* Fulv. Paciā. *de probat. lib* 1. *c.* 3. & 14. Duaren. *ad tit. de vulg. & pupill. subst. in pr.* è Galen. *l.* 4. *de diff. pulſ.* Warem. ab Erenberg. *de. Fœder. l.* 2. *c.* 1. *n.* 8.

Nec

Nec rectè tamen egisse viderer, si tot locos argumentorum alios, quorũ beneficio capitibus hisce methodum qualem qualem impertiri licuit, collegissem, solam autem definitionem seu quidditatem rei tàm definibilis, collegio essem dedignatus, à quà sumptum argumentum nedum est probabile sed & necessarium 2

l. 1. §. dolum & ibi Bart. *notat. ff. de dolo, l. fin. adjuncta sua gl ff. de V.S.*

& utilissimum ob meliorem rerum cognitionem, cùm, juxta Rudolph. Agricolam, nemo rem melius novisse videatur, quàm qui quid ea sit, & breviter & aptè explicare noverit, ita ut hoc nomine Tullius lib 1 off Rectè monuerit, disputationem à definitione semper proficisci debere, quo quid id sit, de quo disputatur, intelligatur.

Nicol Eberhard. *in loc. arg. leg. 3.*

Missis autẽ hic cæteris significationibus, Posta definitur jus, h.e. vis seu potestas & authoritas: añe igitur Principis sũmive Magistratus potestas omnis Jus Regale est? ita quidẽ Dd. qui in cumulandis conglomerandisq; iis quę Principi tanquam Regalia cõpętunt, nimis curiosi, largi & liberales sunt, censent. 3

Lunam Parmensem *puta, de Fisco* Chassanæum *de glor mund. part. 5. consid.* 24 Castald. *de Imperat. qu.* 110. *n.* 1. *aliosq; plures, quos* Knichẽ. *de subl. & reg. jur. territ. c.* 1. *n.* 341. *citat. inprimis autem* Petram. *de Iure. quæsit. non tollend. c.* 21. *vers. ult.* CCCCXIII. *Regalia numerantem.* Sixtin. *de Regalib in proœm. n.* 20. Bodin. *de Rep. c.* 10.

At non omnia quæ Princeps potest, inter Regalia & Reservata ejus esse recensenda, cũ Knichen. assero,

loc.

loc. alleg. Vallasc. *de Iur Emphyt. quaest.* 8. *n.* 34.

4 (*b*) Regalium appellatio à Regis vocula descendit, unde Güntherus lib. 8.

ea Regia jura vocat, quemadmodum Ferrarius de F. lib. 5. tit. 57.

Βασιλικὰ à Græcis dici ait, quod & nemo impugnabit, cùm interpretatio maximè propria sit, & conveniens; Divus Imperator Maximilianus II. Kaysers. Hochheiten und Reservaten nuncupat.

in R. I. anno 1576. §. 119. dardurch dann ꝛc.

At cur non Imperialia vel Imperatoria diceremus? primum, quia ea quæ simpliciter Regalia appellantur, nomen suum ab eodem habent à quo Feuda Regalia præsertim Majestatis, quæ, licet ab Imperatore concedantur, haud tamen Imperiales aut Imperatoriæ sed Regales dignitates nominantur.

in c. 1. *de F. Marchion. vel ducat. & c.* 1. *Quis dicat. Dux.*

deinde, licet in Feudorum libris Imperatoris nonnunquam nomen reperiatur,

d. c. de F. March. in pr. Apud quem vel quos cõtroverf. Feud. c. 1. *in pr. de pac. tenend.*

appellationes tamen Regibus cõpetentes, vel ipsis Imperatoribus etiam tribuuntur.

c. 1. *in pr. & notandum. Qui Feud. dare poss. c.* 1. 5. *Quibus de consuet. rect. Feud. d. c. de pac. tenend.*

Fridericus I. (nam non Friderico III. adscribenda est hæc constitutio, ut quidam autumant, cum anno 1155. edita sit, Fridericus III. verò post trecentos ferme annos Rebus & præfuerit & profuerit, confirmantibus hanc sententiam iis, qui res Friderici gestas descripsêre

Ra-

Radevico lib. 2. c. 5. Gunthero lib. 8. 1. Ph. à Vorburg. *mei quondam magni Amici p. m. in Oper. Histor. & aliis.*

Principio quidem Imperatorem se nominat, in illis autem quæ sequuntur & quibus ipsum Jus ibi constitutum exprimitur, Solium & Jus suum, Regię Majestatis vocat, Solium & Jus Regium, Imperiũ, Regnum & Regiam ditionem, Authoritatem Regiam, imò

in §. 1. si vero temerarius.

disertè se appellat Regem; sic Imperiale nomen, Regale nomen,

in c. unic. Quæ sint Regal.

id quod à jure, quod præcessit, nequaquam est alienum, cùm Imperator Justinianus ipse censum Imperialem vocet Regalem,

l. fin C. d. L L.

culmen Imperiale, Regale.

l. unic. C. de assess. & in l. benè à Zenone. *C. d. quadrien. præscript.*

& Pontifex Maxim. Sceptrum Cæsaris, Regiæ Majestatis Sceptrum

c. inter dilectos §. 3. quia falsum. de fid. instrum.

Imperialem, potestatem Regiam,

c. solite o. §. præterea nosse de majoren. & obedient.

hac forsitan causâ, quod posterioribus temporibus Imperatores ante coronationem Papalem, Romanorum Reges plerumque sint indigitati: posteà, quia vox Regis latiùs patet communiorque est, quàm Imperatoris, & à multis Regia potestas iis ferè omnibus tribuitur, qui superiorem in orbe nõ agnoscunt, etsi regali dignitate minimè gaudeant vel

vel pro Regibus habeantur, quod quidem multi statuere non sunt veriti, ut

Contius *de F. c. 3. vers. Tertia divisio.* Bart. *cons.* 72. *n.* 3. *lib.* 1. *& quos refert refutatos* Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *c.* 3.

5 (*c*) Regalia enim duplicia esse, Majestatis puta & Fisci Dd. statuunt. Illa ad Principis Romani vel alterius superiorem non agnoscentis, supremum decus & authoritatem seu præeminentiam sine pecuniario commodo pertinent, ut jus condendi universales LL.

l. 1. *ibi: Nobis solis l. ult.* §. 1. *ibi: soli Imperatori C. de LL.*

creandi magistratus ad justitiæ administrationem, prout hodie Duces, Marchiones, Comites, & alii qui præsidum provinciarum locum tenent, non nisi ab Imperatore ipso constitui & confirmari possunt,

Bour. *c.* 2. *n.* 7.

constituendi imperii prætorium, quod hactenus in imperio triplex: Aulicum (Reichs-Hoff-Rath) Spirense (Kayserlich Cammergericht zu Speyer/) & Rothvveilense (Kayserlich Hoffgericht zu Rothweil)

de quibus Reusnerus *in Isag. Histor. p.* 478. *ord. Camer. p.* 2. *t.* 34. *Otto c.* 11. *p.* 241. Georg. Schönborn *lib.* 5. *polit. c.* 70. *Reform. Iud. Rotvv. Max.* 11. *p.* 7. *t.* 5. Paurm. *de jurisd. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 15. Matth. Steph. *de jurisd. l.* 2. *p.* 1. *c.* 3. *n.* 70. *& seq.*

cognoscendi de Feudis Regalem dignitatem annexam habentibus,

Röm. Käyserl. May. Regiment / in verb. Ob auch Sachen fürfielen & seq.

conferendi Regales dignitates, nobilitandi, erigendi Academias, creandi comites Palatinos, Doctores, Licentiatos, Magistros bonarum Artium, Poëtas Laureatos, Notarios, &c. Legitimandi, Famæ restituendi, veniam ætatis concedendi, absolvendi à juramento, ad effectum agendi, præstandi authoritatem illis, qui per arrogationem liberos sibi adoptant, cudendi monetam, tribuendi jus civitatis, nundinarum, constituendi & erigendi Postas, concedendi Privilegia & salvam guardiam, recipiendi ultimam provocationem, jus habendi Iudæos, Armandias, Palatia, vias publicas, flumina cum aliis similibus. Regalia Fisci ad Imperatoris Fiscum conservandum & augendum pertinent, uti mulctæ pœnarumque compendia, bona quæ indignis auferuntur, bona vacantia, damnatorum, contrahentium incestas nuptias, committentium læsæ Majestatis crimen, vectigalia, argentariæ, extraordinaria ad Regalis Numinis expeditionẽ collatio, angariarum, parangariarum, plaustrorum & navium præstatio, portus, ripatica, piscationum & salinarum reditus, thesauri & si quæ sunt his annumerabilia. Dd. alias Regalia in Majora & Minora dispescunt. *An verò Posta Regalibus benè annumeretur?* 6 7

Non videtur quidem, cùm ipsius nulla specialis in c. unic. Quæ sint Regalia, fiat mentio: ast, nos hoc non ferit, cùm non omnia illi c. Regalia sint inclusa, sed plura in Iure reperiantur alia,

Cuiac.

Cujac. *in d. c. unic.* Vult. *de F. c. 5. n. 7.* Rosenthal. *de F. c. 5 concl. 94. n. 1.* Heig *quæ 15. n. 45. part. 1.*

ut profectò ficulneum ab enumeratione argumentum sit, horum tantum quæ in commemorato c. unic. referuntur deductum, quasi quæ ibi loci non leguntur, Regalia non sint. Quemadmodum enim ab initio omnia erant confusa & pro uno habebantur, quæ tamen accuratè sunt hodie distincta.

l. ex hoc jure. ubi Jason, Alb. de Rosate, Bald. Casto. *&* §. *sed Dd comm. ff. de I. &* I. Berlich. *decis. 26. p. 1.*

ita etiamnum natura novas interdum formas deproperat edere,

l. 2. §. sed quia divitiæ. 18. C. C. de V. I. E. Nov. 17. in præf. Bonifacius VIII. in proœm. in Decret. in 6.

8 prout in hac mundi machina nihil firmum existit, sed omnia sub perpetuo motu sua mobilitate semper fluctuant, teste Imperatore Justiniano,

in Novell. 7. §. ut autem & §. *hic autem omnibus*, *C. de emend. C.* Justin. Gail. *de arrest. Imper. n. 1. n. 13.*

& mutato facto minimo, jus quoque mutatur.

Specul. *in tit. de Advocato* §. *nunc tractemus qualiter Advocatus. n. 2. cum ibi concord &* Joh. Fichard. *consil. 25. in fin. tom. 2 qui Decium ac alios citat.*

mutatisque his vel illis regiminis circũstantiis plurima fiunt, quæ antea non fuerunt & non sunt, amplius quæ fuerunt, ut ita causæ noviter emergentes,
9 novis indigeant Juris dispositionibus & Legum auxiliis.

l. 1. in pr. ff. de vent. inspic. l. 1. ubi gl. C. quod quisque

quê Iuris in al. & novissimè Christoph. Crus. *de indic. delict. part.* 1. *c.* 26. *n.* 27.

Antiquitus Ferrariam armorum fabricam privato habere nulli licebat:

l. fin. §. *magnus. ff. de publican.*

certa enim schola fabricensium erat, qui arma bellica in publicis fabricis sub officiorum Magistro fabricabant, eâ lege, ne privatis illa divênderent; & si qui emissent, precio etiam non reddito auferrentur,

tit. C. de Fabricens. Nov. de arm. 58.

ὐκ ἐξὸν ἰδιώταις ἀνθρώπυς ὁπλωφορεῖν.

Cujac. *item* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib.* 1. *c.* 23. *n.* 5.

Hæc mutatio quomodo fiat non nisi post aliquam temporis intercapedinem tandem, ut in bibentibus ebrietas percipitur; ita quorundam Imperii statuum, maximè autem civitatum aliquarum immunitas & αὐτοκρατία latenter incrementum sumpsit, ut terminus, à quo inceperit, penè ignoretur; & ipsa, secundum Senecam, crevisse apparuerit, non crescere. Quæ enim paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur, nec nisi conversione subsecutâ sentiuntur 10

scribit Bodin. *de Rep. lib.* 2. *c.* 6.

Sic & alia vel sexcenta in Imperio Romano Germanico conspiciuntur, quorum certa origo non est in proclivi.

vid. Discurs von den alten Reichsvögteyen. *p.* 96.

Imò, Gleich wie deß H. Teutschen Reichs / auch vieler Monarchien und Königreichen Status, Re-

gimina und Principatus mit ihrem Erbrecht/ Gang und Wesen/sich offt vermittelst heimblich- und offenen Gewalts / offt mit conniventz, offt durch Verträg/Fried/Anstand auch Kayserlicher Libertät: und mancherley conversiones und indulta, ohne advertentz oder Ansichtung (gleich wie der Zeiger an der Uhr fortgehet / aber die motio dessen nicht gesehen wird) sich zu ändern / zu wenden/ und biß die Aenderung man empfinden thut/ niemand wahr zu nehmen pflegt / immutiret werden.

Latinè in gratiam illorum qui Germanicum idioma non callent: Sicuti sacri Romani Imperii, aliarumque Rerumpub. Status & Regimina sæpè aperta vi, sæpè per occultæ potentiæ cuniculos, aut data immutantium opera, & studio, vel etiam citra eorundem intentionem & voluntatem; per fœdera, transactiones, pacificationes, inducias, libertates, privilegia & indulta Cæsarea sensim licet, aut etiam planè inadvertentes, in formâ tamen sua essentialiter immutantur; quæ tamen immutata sæpiùs haud sentiuntur, quàm planè jam immutata fuerint; non aliter ac horologiis, ubi temporum Index, æneus gnomon seu Sciathetas continuò movetur, moveri tamen haud percipitur.

Außführlicher Bericht und Antwort der Politischen Frag: Ob des H. Reichs freyer ohnmittelbarer Ritterlicher Adel ein Stand deß Römischen Reichs sey? in *proœm.* §. Erstlich dieweil

Usu

ı ergo atque consuetudine induci posse, ut juꝫ
quæ olim Regalia non fuerunt, hodie Regaꝫ
n pomœrio includantur; cui ambiguum sit
incertum? Quot & quanta ad præsentem
mano-Germanici Imperii Statum dirigenda,
ori suo tempore accommodatissima, ut lanam
asino dicatur vellere, qui è veteri Reip. forma
hodiernum statum argumentari præsumpserit
quemadmodum haud insulsè scripserunt Rôve-
strunk *in respons. de collect. n.* 506. *&* Guilh.
Anton. *in resp. ad secundam epistol. tractatui de re-
script. in morat. præfix.*
namque Comico in Adelphis testante:
*Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad
vitam fuit,*
Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi:
ı, profectò mirum non est, quod Juris nostri
onditoribus possibile non fuerit, omnes facti
ecies & articulos quoquo tempore contingenꝫ
:s sigillatim legibus comprehendere
secundum responsum ICti. in l. non possunt. 12. *ibiq.
Dd. & præsertim* Zas. *in comment.* Anton. Faber
in rational. Mornac *in observat. ff. de LL. facit
l.* 1. *§.* 1. *in fin. ib. item. si qua alia mihi justa cau-
sa videbitur, ff. ex quibus caus. major.* Menochꝫ
in proœm. de arbitrar. judic. quæst. n. 4. Decian.
in apolog. advers. Alciat. *c.* 10. *n.* 11. Keckerm.
curs. phil. disp. 23. *probl.* 19.
Cùm nihil prorsus in toto Romano orbe tâm sit
præclarum, quod non aliquo modo degeneraꝫ
rit,
Oldendorp. *clas.* 5, *act.* 6.

ut multum intersit inter illud quod fuit & quod nunc est.

l. qui res 98. *§. aream.* 8. *de solut.* Hieron. de Laurentiis *decis.* 145. *n.* 16. *ad fin. &* Bartol.

De hac re tradita nostro accommodare Horizonti, esset Ephemerim secundum elevationum poli Neapolitani vel etiam Hispanici conficere.

Bartol. *puta.* Andr. Knichen *in epist. liminari tractatui de sublimi & Regio territorii Iure præmissa.*

Deinde & Postam inter Regalia numerant multi Dd. ὀνομακλυτοί.

Christoph. Besold. *thes. pract. in verb.* Post/ Regn. Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 32. Theodor. Reinkingk *de reg. secul. lib.* 1. *class.* 5. *c.* 6. *n.* 10. Ad. Keller. *de off. Iuridic. pol. l.* 2. *c.* 11. Kasp. Klock. *de contrib. c.* 2. *n.* 27. Th. Michaël. *de Iurisd. concl.* 12. *lit.* 6. Matth. Stephan. *de Iurisd. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 110. Arn. Clapmar. *de arcan. rerump. lib.* 1. *c.* 21. *circa fin. & multi alii.*

(d) Currendi actus qui tam de navigantibus & equitantibus, quam pedestre iter facientibus intelligendus, modò celeriori cursione, pro negotiorum conditione, cuncta perficiantur.

(e) Δημοσίας ὁδῦς.

l. 4. *C. de off. præf.*

sunt enim in publicum emolumentum instituti,

C. l. 12. *de curs. publ.*

(f) stato dierum & horarum tempore, statoque loco circumscriptus nec non sacro certoque privilegiorum muninime vallatus.

(g) Quoties nempe Principi necessarium videtur

ac

volupe est. Ordinaria Posta, non sufficiente; tempore diætæ publicæ Pacificatoriæ Monasteri-Osnabrugensis nuper est factum.

Caput III.
De
Causa efficiente postarum principali.

Theorema I.

Summaria:

1. NomenMonarchæ & Principis quibus compe- tat.
2. Imperator an sit Monarcha.
3. Cæsaris potestas quæ sit,
4. Nulla inter Christianos Respubl. quæ Majestatem Imperatoris comiter saltem agnoscere non teneatur.
5. Privilegia contra Majestatem lata non valent.
6. Juribus Majestatis an præscribi possit.
7. Imperator quomodo sit mundi Dominus.

Quivis Monarcha seu Princeps (*a*) ut & Respublica (*b*) superiorem non agnoscens (*c*) Postas erigere potest universales, (*d*) omnium tamen maximè Romanorum Imperator, (*e*)

(*a*) Monarchæ nomen propriè Regibus ne-
1 minem præter Deum & ensem (per quem, non ut ille Regicîda Anglus, gladium populi, sed justitiam intelligo) superiorem habentibus, & de quibus ea, quæ mox sequentur, maximam partem prædicari possunt, tribuitur. Principis autem nomen, licet à C. Jul. Cæsaris ætate, qui cunctis discordiis civilibus fessus, tanquam in civilium bellorum exantlatorum præmium, sub Principis nomine totius Reipubl. Jus, potestatem ac imperium, quod ab initio Regum, postea Magnatuum, Senatus ac populi fuerat, nactus est, inque perpetuum ad successores transtulit,

Ex Onuphrio Panv. *de Orig. Rom. Imperat. l.* 1. Reinkingk. *de reg. sec. & Eccl. l.* 1. *c.* 4. *cl.* 8. *in pr.*

diu soli Imperatori competierit, pro ut ea notatione in L. Romanis L. insignitur

l. princeps. ff. de LL. l. 1. *& t. t. de const. princ.* §. *sed & quod. Inst. de I. N. G. & C. de Natur. Feud. c.* 1. *Quis dic. Dux.*

usu tamen ac usurpatione latius & quidem ita sese extendit, ut qui in magno aliquo potentatu à Rege proximi erant, Principes quoq; nuncuparētur,

teste Joh. Fichardo 1. *conf.* 77. *n.* 10.

Nos in præsentiarum eum intelligimus, qui, tametsi non dicatur Imperator aut Rex, non magis tamen ulli subjectus est ac illi, quales videntur sibi
2 Moscovitarum magnus Dux, & quidam alii. Sed anne inclytissimus Imperator noster rectè Monarcha dicitur? Rectè! quicquid etiam in contrarium studiosissimus ille Germaniæ contemptor & Monarchomachus Bodinus boet, S. Cæsaream Majesta-

Majestatem ementitis rationibus leviter attentare non erubescens. Nam, quantumvis Imperium Monarchicum, ex quo potestas Imperatoris per capitulationis puncta, angustioribus includi cœpit clathris, visum sit aliquantulũ aristocratescere, (quod, an cum pristina Statuum authoritate, cujus intuitu Imperator Carol. V. se in Germania Regibus imperare fassus est, dum in Hispania servis &c. conveniat, alii edicant, meâ quidem sententiâ,

Quo minor est Cæsar, minor est Elector & omnis Imperij princeps in statione suâ.

Et capite sive dempto sive saltem contempto, quid cætera membra manet æstimii?) Quantumvis etiã Imperii Romano-Germanici Proceres in qqibusdam cum Cæsare concurrant, & prima summaq; rerum potestas sive Majestas in rebus Comitialib⁹, non tam apud Cæsarem solùm, quàm Cæsarem & status simul esse videatur, cùm, quæ ad Comitia deferuntur, non Cæsareâ solùm potestate, sed & Ordinũ suffragio definiantur: multa tamen ad solius Cæsaris Imperium spectant, quæ solus, ac proinde Monarchicè temperat, nec Imperium ejus definit esse Monarchicum, summâ potestate Majestateq; Imperii penes ipsum nihilominus residente, inque persona ejus Augustissima radicaliter firmata, firmiterq; radicata, inhærente in tantùm, ut Imperatoriẽ auferens, dignitatis Imperatoriæ homicida, nefariusq; regni eversor audire debeat; nondum enim incassum est illud Septemvirorum decretum anno salutis humanæ 1338. pronunciatũ, quod Cæsarea Majestas nullius teneatur Imperio, neminẽq; nisi DEUM & Gladium agnoscat superiorem.

Ant. Bullæus *in hor. succis. discurs. 5. fol.* 330. Dn. Ernest. Sprenger. *consil. Hass. Advocatus. Francof. Compater meus honorandus in disput. Academ. de LL. th.* 2. 3.

Porrò, in ipsâ Gallia, Anglia, Regnisq; aliis cum Rege suo Proceres & Parlamenta concurrunt, anne propterea isti Reges Monarchæ non sunt? omni potestate, jurisdictione & superioritate salvis, in partem sollicitudinis assumpsit Imperator Proceres suos, quod & investituræ lex manifestius ostendit. Petere namque investituram, devotionis ac recognitionis signum est:

ex Berettæ *consil.* 28. *n.* 3. *&* Cravettæ 61. *n.* 6. Joh. Angel. Werdenhagen *part.* 1. *proœm. de Rebusp. Hanseatic.*

3 Adde, quod Procerum & cum primis Eminentissimorum Electorum consilium perfectionem potiùs ac authoritatem Regiminis, quam diminutionem Majestatis Monarchicæ inferat: in maximis etenim negotiis, maximis maximorum opus est consiliis, qui & facultatem habeant exteriùs & voluntate non careant interiùs, ut rei, cui benè cupiunt, consulere & velint & possint, prout rescripsit Imperator Henricus IV. ad Annonem Archiepiscopum Coloniensem

in epist. 1. *apud* Justum Reuber. *JCtum. Germ. script. tom. un. fol.* 195. *citante illustri excelsi Consilij Aulici Imperialis nuper Assessore* Dn. Georg. Lud. Lindenspir. *in discurs. de Arcanis Imperii Monarchici. c.* 1. *mihi p.* 238. *&* 239.

nec dominico sed patrio modo tractat Imperator subditos suos, vin plura? Regalia seu jura & signa supe-

superioritatis, quæ sub potestate Monarchæ continentur, octo habe, idem *ibidem*. 1. Dare & abrogare LL. 2. Bellum indicere. 3. judicia omnium Magistratuum postremò recognoscere. 4. Maximos officiales constituere & removere. 5. Onera & subsidia subditis imponere. 6. iisdemq; eximere. 7. Contra juris rigorem dispensare. 8. à subjectis & ligiis hominibus fidelitatis Juramentum, nullo excepto, accipere. Hæc jura Monarchiæ certa signa sunt, quæ si quis subditorum sibi arroget, læsæ Majestatis crimen incurrit

l. 3. ad L. Iul. Maj.

Dum proinde, ut litteris proditum reperitur, princeps quidam in S. absente suo Rege Comitia indicere, tributa colligere, exercitum in unum locum cogere, officia publica distribuere, Magistratu Regio ministros abdicare non dubitavit, eum haud obscurè Regiæ Majestatis usurpationem in animo conceptam detexisse, alii asserunt.

Christoph. Sturc. *in refut. Apolog. Carol. in pr. f.* 8. adjicio præterea, quòd Imperator noster omnibus singulisque Imperii civibus, ex potestatis plenitudine imperet

R. A. *de anno* 1521. Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs / *de eod. anno in pr. ibi.* Entbieten allen und jeglichen.

supradictis Monarchico Regimini nil quicquam, dementibus; illudque per verba: Entbieten allen und jeglichen unsern und deß Reichs Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graven / &c. unsern und deß Reichs Unterthanen; item: darauff befeh-

len wir allen und jeden obgeschriebenen / Euch auch auß Röm: Kays: Macht bey den Eyden und Pflichten/ die ihr von des Reichs wegen insonderheit gethan und bey dem Gehorsamb/ die ihr uns/ als Römischen Käyser schuldig seyt/auch bey Verlust aller Gnaden/Privilegien und Rechten/so ihr von uns und dem Reich oder sonsten habt/ernstlich und vestiglich gebietende/ &c. *Germanicè:* Omnibus & singulis nostris & Imperii Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus &c. Nostris & Imperii subditis &c. Item, Mandamus omnibus & singulis suprà scriptis, vobisque etiam virtute Potestatis Cæsareæ, per fidem & Sacramenta, quibus intuitu Imperii obligati estis & sub obsequio, nobis tanquam Imperatori Romano debito, sub amissione etiam omniū beneficiorū, privilegiorū & juriū à nobis & Imperio, aut aliunde collatorū, firmiter & seriò mandantes, jubentes &c.

in ead. Constit. tit. Handhaltung des Friedens §. Darauff.

Quibus nihil magis pro Imperio dici aut scribi potest, quin potiùs Solis luce lucidius sit, Imperatori, qui in Jurisdictione cum quocunq; subdito concurrit

Heß. *Deduction contra* Waldeck / beylag 239. §. über dieses alles.

sub pœna imperanti seu mandanti, ad fidelitatem & obedientiam tanquam superiori Magistratui suo obstrictos esse omnes, statusque quosvis ab eo privilegiorum largitionem & confirmationem adhuc hodie petere & habere

Adde R. A. zu Speyer *de anno* 1529. 1530. 1542.

1542. 1567. *& qua concinnè congessit* Reinkingk *de reg. sec. l. 1. cl. 2. c. 2.*

Hinc ipsi ab omnibus statibus præstatur sine ullius exceptione (id quod juramenti formula abunde clarum facit) obsequium & homagium, quæ ex recipientis parte superioritatē, è præstantis verò, subjectionis fundamentum sunt

Arn. Engelbrecht *de Iurisd. Imp. conc.* 138.

Hinc solus Reges qui in suis Regnis Monarchæ sunt,

Chassan. *in proœm. consuet. Burg. verb. Duc. n. 3. & alij quos allegat.* Paurmeist. *d. loc. n.* 8.

summosque Magistratus & in Imperio Rom. Duces, Principes, Comites, Barones,

Reinkingk *ibid. n.* 149. Paurmeist. *ibid. n.* 8.

Doctores creat, quæ creatio tantopere Cæsareæ Jurisdictionis est, ut nec in Comitiis Principes, multò minus separatim quicquam harum rerum possint

ut probat Lampad. *de constit. Imper. Romano-Germ. part.* 3. *c.* 3. *n.* 15.

Quisque autem talis præsumitur esse, qualem omnes opinantur.

l. 1. de Stnm. l. Labe. ff. de supellect. legat. Meichsner. *decis.* Camer. 6. *n.* 1. *vers. ac ad primū & n.* 2. *tom.* 3.

I nunc & gloriare. *Quemvis* Imperii statū in Territorio suo posse, quod Imperator in Imperio. Illorū quendam novi nuper dicentē: Parendum est Imperatori sed suo modo. Cogitabam ego nō procul distans, verè suo modo, sed non Tuo modo. Verū, quo equus rapit sessorem, supra cujus vires est Imperialis Culminis Majestatisq; excellentiā & præconia dignè satis extollere? sufficiat mihi cum Petro Andlo

l. 2. c. 8. de Imper. Rom.

dixisse: Imperatorem Romanorum haud duntaxat Regem, adeoque Monarcham, esse, sed & in tribus omnes superare, Dignitate videlicet, Authoritate & insigniis Imperialem gloriam decorantibus; salvatoremque nostrum sub suum in hunc mundum & ingressum & progressum & egressum, præ aliis omnibus, Imperiale ipsius Sceptrum approbasse ac honorasse videri. Ex quo Bodinum cum Asseclis, præsertim Ludovico Guyon

tom. 2. de diverses le cons. liur. 2. c. 32. in fine. §. il faut noter que les droits des Empereurs.

Imperii nostri Statum calumniosè traduxisse vel saltem miscendæ Reip. rationem ignorasse, proindeque ridendos esse liquet ac refutatione indignos.
4 Neque Remp. novimus cujus planè ac omninò non sit agnoscere superiorem, in orbe præsertim Christiano. Venetam enim quod attinet, utpote quæ, sive eximia magnificentissimorum ædificiorum pulchritudo, sive incolarum splendor, sive opes publicæ ac privatæ, sive advenarum terrâ marique accelerantium caterva, sive merces optimæ spectentur,

Phil. Honorius *Prudent. politic. c. de Venetor. Rep. mihi p.* 136.

nulli Reip. alî cedit, meritoque hinc primo venit collocanda loco, vel propter libertatis ab Imperatore Rom. ex Privilegio acceptæ beneficium Majestatis ipsius etiamnum hodie venerari tenetur

Bartol. *ad l. hostes. 4. ff. de captiv. & postlim. revers.*

Etsi

Etsi namque Thomas Pozius
de Italia Statu l. 3. c. 3. n. 15.
eam suprà mille ducentos annos liberam fuisse asserat, è commemorati tamen Privilegii (quod aurea Bullâ munitum vidisse se testatur Albericus de Rosate)
in l. 1. C. de sum. Trinit.
veteris saltem fiduciæ imaginem referentis vigore, precariâ gaudet libertate
Riminald. *cons.* 268. *n.* 41.
Atque hinc facili negotio conjicere est, quid de Genuensium Rep. quæ quidem (quod accedit) Imperii Romano-Germanici superioritatem non ita pridem agnovit
vid. Consil. Colleg. ICtorum. Papiens. & reliqua, quæ in utramq; partem edita, item Bodin. 1. *de Rep.* 9.
nec non Lucanorum aliisque sit sentiendum, quæ vilissimo libertatem suam emisse vitulantur precio; ac Deorum vitam adeptos esse, tametsi forsitan cives, minori nunc quàm antea libertate sub suis concivibus (veluti non rarò accidit) fruantur atque illud Gallorum sibi præcentari cogantur experiri: Qui ne sont pas plus soubs Empire, se sont empirez. Adde quod Imperatori non liceat omnimodæ exceptionis privilegium concedere, cùm hoc nil aliud sit quàm Imperii Jurisdictionem à se abdicare, id quod fieri non potest.
l. pen. ff. de off. præsid. Consil. Argentoratens. 11. *n.* 90.
nec valent privilegia contra Majestatem, dignitatem, præeminentiam vel superioritatem utilitatemque publicam ab Imperatoribus concessa, sed 5

ipsa

ipso jure sunt nulla;

l. fin. C. *si contra jus vel util. publ. ubi comm.* Dd. Panorm. *c. cùm non lic. descript. n.* 16. *ad fin.* Conf. Argentoranf. *ibid. n.* 89.

Cum tempore enim diceretur Imperator augustus nō augustus; qui jura Imperii augere nequeat, diligentissimè tamen tueri & conservare tenetur

Theod. à Niem. *Episc. Verdens. cùm de Caroli IV. Wenceslai filij alienatione disputat. tract. 6. c.* 33.

(*b*) Velut hodie Venetorum, & si quæ aliæ.

(*c*) Sive de jure sive de facto; unde P. de Andlo *d. loc.* hodie plurimi plus de facto quàm de jure Imperatorem, ut superiorem non recognoscunt & suprema Imperii jura, quæ sibi Imperator in signũ Universalis Dominii & potestatis reservavit, usurpant: quibus an præscribi possit à nonnullis dubitatur, ab aliis distinguitur; at numerosior non solùm Germanorum sed aliorum quoque Doctorum manus negat:

c. venerabilem. Qui fil. sint legit. & in c. sup. quibusdam. de V. S. vide etiam gl. notabilem in c. Hadrianus, distinct. 63. quæ dicit, quod Reges Hispaniæ, non recognoscunt Imperatorem superiorem, eò quod de faucib. infidelium regnum illud eruerint. Georg. de Cabedo *pract. obs.* 8. *n.* 3.

Quicquid horum sit, pro commoda realique super Regna Hispaniæ, Angliæ & alia, jurisdictione, exercenda, nil aut parum verba faciunt, gaudent etenim & existunt beati possidentes, quoniam fructus sunt ipsorum. Multi autem de exemptione ab Imperii Cæsarisque Jurisdictione sibi malè gratulantur, cùm non tribuant Cæsari, quæ Cæsaris sunt;

adhæc

adhæc eximentes se ab Imperio, deficere dicuntur.

R. A. zu Trier und Cöllen *de anno* 1512. §. Nemblich welche Stände

& Imperii hostes judicari

l. 14. *ff. ex quib. caus. major.*

adversus quos est æterna auctoritas

Zachar. Victor. *de exempt. concl.* 7. *in fin.*

verùm dicere absolutè Imperatorem *κτήσει* & *χρήσει*

cum Cævall. *spec. comm. opin. i. t. q.* 906. *n.* 24. *& seq.*

totius mundi Dominum esse, ab eoque omnes omnium Regum potestates, tanquam rivuli à flumine, fluere, adulationem magis quàm veritatem sapere videtur, cùm nemo Imperatorum hoc ipsum eo modo asseruerit

Jacob. Lampad. *d. libr.*

in propatulo potiùs est, multas orbis partes Romanis nunquam paruisse, nedum paruisse; sed synecdochicè seu per excellentiam, totum nempè pro parte, intelligendo Mundũ de orbe Romano

juxta l. in orb. ff. de stat. hom. Mart. Mager. *in tr. de Advocatia armata c.* 3. *n.* 72.

accipimus, ut locum retineat L. Mercatores, in verbis: tàm Imperio nostro quàm Persarum, & ibi: Ne alieni regni C. de commerc. & mercat.

& l. in pr. C. de ff. præf. prætor. Afric. & l. postliminiũ in pr. ff. de captiv. ibi: inter nos ac liberos populos regesq; moribus, legibus constitutũ: item l. neq; servo. 7. C. de Delator. lib. 10. *ibi: extra fines Romani Imperij abeat. Testatur hoc interpres Syrus ad verba S. Lucæ. Exiit decretum à Cæsare Augusto ut censeretur Totus mundus.* &

& hujus orbis Romani Dominus est Imperator; non tamen quoad rerum privatarum dominium, quale sibi Basilides Moscoviæ quondam Dux nimium quantum truculentus vel in re vilissima adscribere ausus est, ita, ut si quis quæreret, cujus hoc vel illud esset, responderetur, esse in dominio & possessione Dei & Ducis

Henr. Rotlen. *in vit. Basilid. part.* 3. Johan. Angel. Werdenhagen *de reb. Hanseat. p:* 1. *c.* 5.

sed subjectionem, jurisdictionem & protectionem

secundum gl. l. bene à Zenone super verb. omnia, dominiorum enim distinctio juris gentium est l. ex hoc jure. 5. *ff. de I. & I.* Jason *& Dd. l. ult. si contra jus vel util. publ.*

dominiorum enim distinctio juris Gentium est.

Munster. *lib.* 3. *cosmograph. fol.* 749. Vasq. *lib.* 2. *illustr. quæst.* 5. 20.

Hinc Carolus M. maluit Imperii Gubernator appellari, ad Reges enim potestas super omnes pertinet, ad singulos proprietas.

Herodian. lib. 2.

Et hæc dubio procul ratio est, cur Pertinax etiam Imperatoriis possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, non esse, dicens, Imperantium proprietas, sed communes Romanorum & publicas

(d) Per totum Imperium, Regnum, Territorium &c. de particularibus verò Postis; quas Germani Landposten appellitamus, infrà c. Theor. 1. dicemus.

(e) utpote cujus Regalia primariò sunt,

Sixtin.

Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 2.
nec in ullo alio, quantumvis superiorem non agnoscente, magis locum habent vel splendidius relucent,
ibid. c. 4. *n.* 2.
quia Monarcha est summus.
Reinkingk. *de loc. n.* 80.

THEOREMA II.

De causa efficiente principali propinqua.

SUMMARIA.

- *Ius Majestatis quid sit.*
- *Postas instituere qui possint.*
- *In Imperio solus id potest Imperator.*
- *Quod quoad postas generales nullum habet dubium.*

Iure Majestatis instituuntur postæ generales (*a*)

(*a*) Jus Majestatis hic intellige quod in statu Mo- 1
rchico summus Princeps, in Aristocratico optima-
habent. Statum enim Politicum quod attinet, in
o habere à nonnemine dicuntur, nihili puto. So- 2
iamq; illi jure proprio postas creare possunt, qui
ninem habent superiorem nisi Deum: hinc curso-
instituere inter Regalia censeri certum est, & sic
Hispania, Gallia, Anglia, Sueciaq; Regum autori-
postas constitutas esse nullum est dubium.

 Cluten.

Cluten. *in syllog. rer. concl.* 22. *litt.* C.

HincIndorum quidam Philosophorum Alexandrum admonuisse perhibetur, ut in sui regni medio sibi sedem eligeret, quod illic faciliùs quàm alibi, quid
3 ubique gereretur, intelligi posset. Manet ergo quod in Imperio nostro instituendam postarum jus soli Cæsari seu Imperatori uti reservatum Regale competat; dann Post auffrichten ist ein Stück der Kayserlichen reservation und vorbehaltenen Hochheiten.

arg. tit. C. de curs. publ. Wehn. *Obs. Pract. verb.* Post. Luc. Koch *in disp. inaugur. thes.* 15.

quod etiam ex R. I. de anno 1641. §. 93. patet, ubi postarum reformatio Imperatori soli ascribitur, ergo & institutio.

Arnis. *de jur. majest. c.* 4.

4 Et hoc de generalibus postis eo minus dubii habet, quo magis certissimum est, Principem haud solere quicquam de suis Regalibus cedere, cùm Majestati propria sint eiq; quasi in ossibus ita radicata, ut ab ea non magis ac proprietates ab anima separari possint

Arum. *de I. p. vol.* 2. *disc.* 9. *th.* 283.

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Postas in Imperio tempore interregni quis constituere possit.*
2. *Status an in territoriis suis postas instituere queant.*
3. *Differentia inter* Postas *Imperii Generales & Provinciarum Cæsaris hæreditariarum.*

4. *Litteræ Cæsareæ quibus Comitissa de Taxis constitutio Postarum per territoria Statuum imperatur.*

QVibus ergo Jus Majestatis non competit (*a*) iis nec postæ institutio.

(*a*) divisim intelligo, non collectim; imperium 1
enim seu regnum acephalon quin Generales ordinare queat postas tamdiu duraturas donec alius sit rursus Cæsar electus, nullus ambigo, at quod singuli ejus Status seu membra id possint, ambigo multùm, tùm ex d. rat. tum quod eorum nullum per Provinciam ac ditionem suam Postas instituere valeat, Provinciales aut Territoriales quæ non generali seu Cæsareæ postæ variè detrahat, noceat, eamque impediat, taceo Politicam & arcanam rationem quæ Belli tempore inprimis valet & viget, & de qua multa verba facere forsitan haud expedit.
t inquit d. Koch
ex Paurmeistero *de Iurisd. l. 2. c. 4. n.* 70.
Imperii Status jure Territoriali in suis Territoriis 2
itum possunt, quàm Imperator in toto orbe; Respondeo, præterquam quod hoc effatum plures patur exceptiones & καθ' παντὸς non sit verum, llo jure Territoriali sed Regali tantùm competit Postas erigere & generali Postæ quævis cete habet Provincialis. Imò quid, dic sodes; ficeret, aut quid authoritatis, Majestatis ponderis ampliùs esset Cæsareæ Postæ, si pre-

meretur, nedum supprimeretur à particulari & provinciali? hoccine esset debitè venerari Imperatorem ejusq; in publicum Imperii emolumentum suspicere ordinata? Cessent proinde ij postas instituere, qui alium superiorem (Cæsarem) præter Deum agnoscunt, ne nihil Potestatis habeat Imperator in Imperio cum singuli in suis Territoriis æquales sint Imperatori & simul sumpti Imperatori pares, hujusque nomen inane.
3 Regeris ne inter Reichs Ober-Post-Meisters und der Kays. Erb-Land Hof-Post Ampt/ juxta capit. moderni Imperatoris art. 36. distingui clarissimè, adeoque nec generalem Imperatoris postam statib. in suis districtib. nec statuum provincialem Imperatoriæ præjudicium facere posse. Resp. Inter terras hæreditarias Cæsaris comprehenduntur, etiam Regna Ungaria, & Bohemia, quæ tanquam Rex dotavit posta ex jure regali nec quicquam ferit, differentia inter Reichs Ober-Post-Meisters & Kayserl. Erbland/ Hof-Post-Ampt.
4 Eò collimat Cæsaris Ferdinandi II. Rescriptum de residuis decem postis à Sylva Bohemica Augustam versus instituendis ad Dn. Viduam de Taxis Viennæ 6. Novembris anni 1629. datum, quod incipit. Wir machen uns einigen Zweiffel &c. in quo hæc leguntur verba. Als haben wir dieses also hiermit vorhero in Gnaden anzufügen/ eine Nothturfft erachtet/ gnädigst begehrend / du wollest dich hierüber gegen uns förderlich erklären / ob du und dein Mitverwand mehr gedachten unsers Cammerers und General-Post-Meisters intention nach/ das Postwesen in den andern Churfürstenthumben und Landen zu richten/

ten / und zugleich derselben Hinderstand nemlich 2760. fl. und dann die künfftige Bezahlung der 10. Reichs-Posten zu übernemen / und also das gantze Regale cum suo onere gantz ungeschmälert zu behalten gedacht seyest / tc. hoc est: Quare hæc te edocendam duximus clementissimè injungentes, ut animum tuum protinus nobis aperias, num scil. tu cum consorte tuo juxta intentionem dicti Camerarii nostri & Generalis Postarum Magistri, rem cursoriam in cæteris Electorum & Statuum territoriis curare, simulq; residuum 2760. florenorum, unà cum futura decem Imperialium Postarum sustentatione in te recipere, adeoque integrum Regale cum suo onere retinere statueris. E quibus elucet, non ipsos Electores, multò minùs alios Imperii status in Electoratibus & territoriis suis potestatem postas instituendi habere, sed Cæsarem, ubi simul apparet, istam institutionem satis oneroso titulo fieri.

THEOREMA IV.

De causa efficiente principali remota.

SVMMARIVM.

In Ius gentium quomodo sit causa efficiens Postarum.

Hæc jus Gentium est. *(a)*

(*a*) Non quod nudum rationis dictamen seu ipsa natura naturans introduxit, sed quod post Dominia distincta & Gentes discretas necessitate vel utilitate exigente natura naturata, seu rectæ rationis usus inter prudentiores Gentes constituit. Uti

enim bella & commerica, quorum causa primariò postæ sunt erectæ, juri Gentium annumbrantur, ita vel ipse postarum usus.

l. 4. 5. *ff. de jur. &* l. §. 1. *instit. de* I. *N. G. & C. inde dicitur res antiquissima Originis à* Bœclero *in Suet. in vit. Aug. c.* 49.

Caput IV.

De
Causa efficiente principali procreante.

SUMMARIA.

1. *Postarum principia inquirenda.*
2. *Cyri quot fuerint.*
3. *Persia quæ Regio, & quæ Monarchia.*
4. *Cyrus major portarum author.*
5. *Non Augustus Cæsar.*

CYrus (*a*) Persarum Rex (*b*) quingentis ante CHRISTUM natum (*c*) annis, cursum publicum instituisse perhibetur. (*d*)

1 (a) In Postarum principia ante omnia inquirendum: Principiis enim rei minus cognitis, ad principiatorum notitiam non pervenitur,

Paul. de Castro *ad l.* 1. *ff. de* l. *&* l. Zas. *ibid. n.* 2. Pet. Ancharan. *cons.* 405. *in pr. August.* Berof. *cons.* 71. *n.* 1. *vol.* 1. Zas. *cons.* 14. *n.* 50.

Et

Et ex originis primordio posterior firmatur eventus *arg. l. 1. C. de imponend. lucrat. descript.* Bald. *in l. si certis. col. 3. de pact.*

Duo verò fuerunt Cyri: alter Darii (qui à Scriptoribus Cyaxares nominatus & filius Astyagis à Propheta Daniele c. 8. 2

Assverus vocatus, octavi Medorum Regis) gener & sororis filius

Herodot. *lib.* 1. Xenoph. *lib.* 5. & 8. *παιδ.*
à Daniele
c. 10.

Cores dictus, quia morte Darii, qui primus tributa imperavit & ob id institoris nomen accepit

Herodot. *lib.* 1. Casp Klock. *de contribut. c. 1. n. 25.* masculа carentis sobole, rerum summam adeptus, secundæ Monarchiæ exordium & incunabula pleno induxit gradu? jam enim & Assyriam & Mediam & Persiam ad Jonium usque mare obtinebat solus, teste Thucydide, cùm ante captam Babylonem Crœsum Lydiæ Regem potentissimum prælio dejecisset. Alter minor dictus Darii nothi Artaxerxis Longimani successoris Filius, Mnemonis qui defuncto successit parenti frater, M Portio Catoni præstans ingenio vir atque Imperii gloria vocatus *c.* 18.

Aque Xenophonte ob agriculturæ studium laudatus. Ei namque Xenophon & militavit & familiaris fuit, unde Athenienses Mnemonis amici, finibus suis ipsum ejecerunt tristeque pepererunt exilium. Hinc Joniæ Lydiæque gubernacula accesserat, at sorte suâ haud contentus fratri Regi bellum facit temporaque temporibus intempestivè temperans vincitur ac obtruncatur: ille, non hic, putatur

3 Cursus publici author.

(*b*) Persia Asiæ regio Orientalis à Perse seu Perseō Rege ita dicta *lib.* 10.

& à Solis ortu duabus Carmaniis, occasu Susiana, meridie Persici sinus parte, Septentrione Medis terminata, Regnum esse incepit, omnium Chronologorum consensu, sub Cyro, anno Olympiadis 55. primo, Monarchiæ verò ann. M. 3619.

ut Alstedius *in Thesaur. Chronolog. suo inquit*, fuitque Monarchia tunc tam secunda; prima namque Assyriorum fuit authore Belo A. M. 3076. Tertia Græcorum sub Alexandro M A. M. 3622. Quarta Romanorum sub C. Julio Cæsare, A. M. 3902. *idem ibidem*.

(*c*) Anno nempe mundi 3421. vel 22. in reditus & ex Babylone initio. Rerum enim Cyrus laudatissimus Princeps, biennium cum aliquot mensibus, potitus est, à Scythis quibuscum cernebat, per insidias circumventus vitaque devolutus.

Justin. *lib.* 9. *vol.* 1. *c.* 8. Oros *lib.* 2. *c.* 7. Frontin. *Stratagem. lib.* 1. *c.* 5. Sleidan. *de* 4. *summ. lib.* 1.

(*d*) Brissonius *de Regn. Persic. lib.* 1. *p.* 146.

4 cujus verba hæc sunt: Cyrus Persarum Rex Cursum publicum instituit, quo mutatis ad celeritatē equis, per veredarios brevi temporis spacio certior fieret omnium, quæ in remotissimis & longo locorum intervallo distinctis Regni partibus gererentur. ad eundem ferè modum Julianus Taboëtius

inter Paradoxa Regum p. 112.

scribit; Stationes equestres & cursus publicos Cyrus Persarum Rex & totius Orientis Monarcha, Scythas bello periturus instituit quingentis ante Christi nativi-

nativitatem annis. *lib.* 8. *Cyrop. probat.*

Idem ex Xenophonte Dn. Christoph. Forstnerus. (Cujus ut amicitiâ Senis Hetruriæ summa cum ju- cunditate quondam sum usus; ita insignem ejus e- ruditionem gravitatem & virtutes non parum huc usque sum admiratus)

in exasciatiss. notis polit. ad Cornel. Tacit. lib. 1. *p.* 112. probat, inquiens, fallere Orlandum Malavoltam

in Historia Senensi.

ab Augusto cursorios disponi scribentem, eundem- que in eo quoque errare, quôd, cùm post Augusti 5
tempora usus dispositorum equorum evanuisset, re- ductum esse à vice-Comitibus Mediolanensibus scribat, cum tamen Justiniano Codici insertos, Con- stantini, Juliani, Valentis, Theodosii, Arcadii, Ho- norii, Leonis & Anastasii, de cursu publico legamus Constitutiones; & ipse Justinianus equorum publi- corum mentionem faciat

in Novell. 30.

Eas Tacitus stationes appellavit ἀγγαρεῖον δρόμημα cursum equestrem, coactæ & publicæ festinationis & itineris raptim expediendi gratia; in quo ad cur- sum publicum plures equi forent dispositi

Limn. *de jur. publico lib.* 2. *c.* 9. *n.* 138.

Xenophontis autem verba hæc sunt: etiam aliud quiddam excogitasse Cyrum cognovimus quod ad imperii magnitudinem pertinet, unde celeriter in- telligeret qui rerum etiam longè remotarum status esset. Cum enim considerasset, quantum itineris e- quus agitatione diurna conficere viribus integris posset, equorum stabula parari curavit & in eis e- quos constituit, cum illis, qui eorum curam gere-

rent. Ordinavit quovis loco hominem, qui cum ad recipiendum litteras allatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus esset, quique defatigatos & equos & homines exciperet recentesque submitteret. Atq; hoc in itinere ne noctu quidem cessari dicitur, sed nuncio diurno succedere nocturnum.

Anteriorem hoc Rege non reperio, hinc ratus ab aliis, quibus ea inventio tribuitur, cursus rationem ac politiam forte factam duntaxat fuisse expeditiorem atque ampliorem, ut à Xerxe, quod scribit Herodotus,

lib. 8. *in Vran.*

ab Augusto, quod scribit Tranquillus: de se ipso enim litteris mandat Julius Cæsar, *lib.* 3.

qui Augustum præcessit: Nisi unncii de victoria Cæsaris per dispositos equites essent allati, ita Suetonius

in vit. Aug. c. 49.

Augustum primum authorem credidit, id quod non sic esse sequentia evincunt, quòd ante tempora Augusti apud Romanos cursores publicos fuisse historiarum monumenta tradant, siquidem ante Cæsarem Dictatorem, Livius,

Decad. 4. *lib.*

Titus Sempronius per dispositos equos propè incredibili celeritate die tertio ab Amphissa Pellam pervenit.

Decad. 5. *lib.* 2.

Legati qui repentè aliquò mitterentur, singula jumẽta per oppida quà iter faciendum erat, imperabant

Decad. 3. *lib* 6.

Tragillanus nuncius diem noctemque itinere continuato. Et Cæsar

lib.

lib. 3. de bello civili.
Nuncios, ait, per dispositos equos de victoria Cæsaris Messanam allatos: & Capitolinus in Max. Nuncium mutatis animalibus cucurrisse ut eadem Maximini Romanis indicaret. Si tamen rem penitus inspiciamus, non tam publico sumptu & cura, quod Augusto primum placuisse videtur, quam privatorum opera & lucelli causa equos publicos ante Augusti tempora fuisse constat,

Lips. *cent. 3. epist. 59.*

CAPUT V.

De *Causis efficientibus principalibus conservantibus.*

SUMMARIA.

1. *Regum & Principum est Postas conservare.*
2. *Vbinam in Imperio Postæ sint optima constituta.*
3. *Imperatores in Germania sunt Postarum autores & conservatores.*
4. *Necessitas Postarum.*

QVem posteri Reges (*a*) & Romanorum Imperatores (*b*) certis munitum privilegiis (*c*) severâ potentiq; manu hactenus iverunt defensum ac propugnatum. (*d*)

(*a*) Per-

(a) Persarum imò & aliorum; ab eo namque tempore cæteri Principes illas stationes certis limitibus atque stadiis finitas, in suo quisque territorio collocârunt

Limn. *ibid n.* 139.

Sic Ahasuerus secundus à Cyro Persarũ Rex litteras annulo suo obsignatas (quibus nemo contradicere audebat) per veredarios in omnes Provincias (quarum habuit 127.) citissimo cursu euntes misit;

teste S. Scriptura lib. Esther. cap. 3. vers. 13. & 15. cap. 8. vers. 10. & 14.

Thheodoricus Veronensis, Germ. Dietterich von Bern dictus, primus Ost-Gothorum in Italiâ Rex seu Dynasta, (quatuor enim post Christum natum Dynastiæ in Italia fuerunt, prima Herulorum Regis unius, secunda Ost-Gothorum Regum octo, tertia Longobardorum & Exarchorum, quarta Pontificum Romanorum, anno siquidem 743. Exarchatus ad hos devenit)

Alsted. *in thes. Chronolog.*

haut parco rei cursoriæ conservationem habuit studio, quod è jussione sua, satis elucet.

apud Goldast. *tom. 3. const. Imp. p.* 134 *de qua infra.*

In Anglia, Regum suorum auctoritate Cursores sunt instituti

P. Gregor. *in Syntagm. juris lib.* 17. *cap.* 12. *n.* 7. 8.

Turcarum Imperator Ulacides suos, ut Turcis vocantur, habet, hoc est, qui mandata ejus pernicissimo cursu quacunque deferunt, & nuncii, si quid novarum rerum accidit, ad Januam Regis velocissimè festinant. In Galliæ regno etiamnum in viridi vigore Posta à Ludovici XI. tempore, quo res ibi planè nova

›va & antea inuſitata, eſt, ubi curſores
ut Comineus *in princ. lib.* 8. *innuit*
·r diſpoſitos equos incredibili celeritate iter confi-
ınt. Quare Taboëtius
inter paradoxa Regum p. 112.
ribit: Ludovicus XI. Stationarios curſores regio-
tim poſuit illorumque cuilibet pro ſalario centies
ſtertium dedit: ſtationarios Curſores idiomate
allico Poſtas, quaſi benè diſpoſitas ad curſum ap-
llare voluit. hujuſmodi curſus beneficio, Tibe-
ıs Nero feſtinans ad Fratrem Druſum bellum ad-
rſus Germanorum trans Rhenum civitates geren-
m, at gravi & periculoſa valetudine fluctuantem,
r rapidum & præceps velut uno ſpiritu die ac no-
ducenta millia paſſuum, mutato ſubinde equo,
a narrat Valer. Max. dum tribus vehiculis Plinius
raptim eum occurriſſe L. Florus) perfecit.
(*b*) Ut Imperator Ælius Severus Macrinus, Con-
ıntius, Zeno, teſtibus Herodiano, Ammiano, nec
ın Caſſiodoro: & quorum in C. de curſ. publ lib. 12.
mentio, ut ſunt Conſtantinus, Julianus, Valens,
ılentinianus, Gratianus, Theodoſius, Leo & Ana-
ſius; nec minorem cæteri pro ſe quiſque ſumpſe-
nt operam, præ tamen omnibus Divus Imperator
ırolus V. ejuſque inclytiſſimi Succeſſores, in hunc
que diem, facientibus fidem tot Imperii Conſtitu-
›nibus de annis ſcil. 1522. 1526. 1541. & aliis. Hic
ın planè jocularium eſſe puto ſciſcitari, *Quanam* 2
Europæ parte & territorio Curſus publici munus &
ercitium melius vigeat cenſet Limnæus, in Gallia,
ı enim
loc. citat. n. 135.
ſcribit:

scribit: nullibi verò in Europa, cujus bonam perlustravi partem, arbitror reperiri meliùs instructas Postas, quàm in Gallia, &c. hujusque rei rationem opinatur agilia incolarum ingenia, celeritate sua motui addicta Verùm, etsi Gallorum natura

ex Cæsare P. Ramus *libr. de moribus vet. Gall. mihi p.* 72. *ad de* Just. Springer. *IC. Saxoniæ de pac. Relig. cap.* 2. §. *ex posito casu &c.*

seu agilitas

de qua Ulpian. *in L. apud Labeonem* 20. *ff. de præscript. verb.* & Oldendorp. *in class.* 4. *act.* 40. *exempl.* 8.

non minus ac passerculorum terripavia undique nota sit, ea tamen huc parum facit, cùm non de pedestri sed equestri itinere vel cursu adornando hic agatur, ad quem rectè perficiendum, non tam agilitate hominis, quàm equi opus est; ita ut equorum Lybiorum, Maurorum, Siculorum, Parthorum, Armeniorum, vel qui ex Oppiani judicio celeritatis palmâ sunt donati, Iberorum,

Gesner. *de quadruped. lib.* 1. *p.* 424.

vel (meo quidem) Arabum quos tantæ celeritatis esse perhibent, ut per diem noctemque circiter centena itineris milliaria conficiant, atq; insidentes volare potiùs quàm equitare videantur,

Æschines 3. 30.

ministerium gratius ac utilius sit, Postæq; iis in locis, extra Europam quidem sitis, longè accuratius ac in Gallia sint instructæ. de humano autem studio, in decentem Postarum institutionem, collocando, si verba facienda sunt, neque Gallia, neque Italia, in qua tamen Cursus publici vix somnolentius quam in Gallia sunt instituti, prout aliquousque in tertium

nempè

nempè annum, studiorum gratiâ ibi versatus, observare potui; neque terra alia Germaniæ nostræ palmam præripiet.

(c) de quibus infra suo loco.

(d) Quemadmodum hoc, quà experientia, quà varia Imperatorum mandata comprobant, inter quæ Divi Matthiæ illud Lincii 11. Febr. Salutis nostræ anno 1614. dati promulgatum, ubi hæc in principio statim reperiuntur verba: E. L. A A. und ihr werden sich verhoffentlich genugsam zu erinnern wissen / was im 1597. Jahr von weiland dem Durchleuchtigsten Fürsten / Herrn Rudolpho dem Andern Römischen Kayser / Unserm geliebten Herrn und Brudern auch nächsten Vorfahrn am Reich / hochlöblicher Gedächtnuß zu Handhabung eß ordentlichen damahlen wider in gang gebrachten Postwesens / 2c. 3

Latinè sic:

D. VV. in memoriam revocare studebunt; quæ nno 1577. à Serenissimo Principe Rudolpho Rom. np. Domino ac Fratre nostro, aliisque Imperatoris proximè eum in Imperio antecedentibus pro nservatione ejus, quæ tunc in integrum restitui cipiebat rei cursoriæ &c.

Matthias 2c.

rsame Liebe getrewe: Als sich etliche fürnehme hurfürsten und Stände deß Reichs Unserer am o den 26. Junii nechstverwichenen 1615. hrs gethanen Erinnerungen und Ersuing / wegen Anrichtung etlicher newen s und dem Reich dienstlichen extraordinari-

Post-

Postwerck / zu unserm gnädigsten Wolgefallen und Belieben / auch ihnen und dem H. Reich ins gemein zu besten / in Verhafft gebührenden Gehorsamb und Schuldigkeit bequemet / so hetten wir uns eines solchen zu euch nit weniger unverweißlich versehen.

Wir vernehmen aber dem zugegen / mit sonderbahrer Befrembdung und Mißfallen / daß ihr deß Edlen unsers Generals Postmeisters im Reich und Niederlanden und lieben getreuen Lamoraln Freyherrn von Taxis, in unserer und deß H. Reichs Statt Nürnberg bestelten Verwaltern / die annehm- und abgebung der dorthin ankommenden Pacquet und Brieffen / nit nur bloß und schlecht / sondern bey angedraweter Straff verbotten / und solches den Ewrigen zuzuwenden unterstanden / das können und wollen wir euch zu Veracht- und Schmälerung deß uns zuständig und befugten Post Regals / damit wir obbesagten Freyherrn von Taxis, wie sich gebührt / albereit ordentlich investiret und belehnt / eben so wenig gestatten und nachgeben / als fast obberührt ewer ohnziemliche Anmassung und Verwiderungen / auch gegen einem solchen gemein nutzigen Werck / deme ihr der ewrigen privat Nutz vorzuziehen gedencket / mehrers verweißlich als verantwortlich ist / euch darauff hiermit ernstlich und endlich befehlend / daß ihr obgehört unserm Erinnern und Verordnungen / eben so wol als von obbesagten mehrern Ständen deß Reichs geschicht / unterthänigster Gebühr und Schuldigkeit nachgelebet / mehr gedachten General-Postmeistern Lamoraln Freyherrn von Taxis und dessen jetzt und künfftigen Ampts Verwaltern in frey und ungehinderter Exercirung seines von Uns ver-

verliehenen Regals / des General-Postmeister-Ampts/und was demselben anhängig/nun hinführo weder auff obverstandene oder andere Weise/wie solches immer zugehen könte oder möchte/nicht allein keinen einigen Eintrag / Verhinderung und Beschwerung auch der ewigen Vorziehung zufüget oder zugeschehen gestattet oder nachsehet/ das jenige so vorüber gangen/ ohne Außflucht und Verweigerung den nechsten würcklich abstellet/sondern zu obgehörtem gemeinnutzigen effect vielmehr allen guten Vorschub und Hülff erweiset/auch in obangeregter unserer und des Reichs Stadt Nürnberg Bequemung und Gelegenheit gönnet und verstattet / damit ie von uns ewer schuldiger Gehorsamb hierin würcklichen verspühret werde. An dem vollbringt ihr zu ewrem selbst Glimpff und Besten unsern veranlässigen ernsten endlichen Willen und Meynung/ denen wir sonsten mit Käyserlichen Gnaden geneigt seyn. Geben Prag/den 21. Januarii 1624.

Id est:

Matthias &c.

Dilecti, fideles &c. cùm nonnulli ex potioribus Principum Electorum, aliorumq; Imperii statuum, nostris de 26. Junii proximè elapsi anni 1615. exhibitis monitoriis, quæ institutionem novarum aliquot in imperio postarum concernebant, neque magis placito ac voluntati nostræ congrua erant, quàm pro ipsarummet, & universi Imperii commodo faciebant, morem ex officio gesserint; de vobis quoque non minora nobis promittentes, eadem experiundi tenebat desiderium, quibus tamen è diametro

tro adversa de nobis magna cum indignatione nostra ad nos delata sunt, scilicet, quòd Nobilis Generalis per Imperium & provincias Belgicas rei Cursoriæ Magistri, dilecti fidelis nostri Lamoralii Baronis de Taxis constituto, in nostrâ & Imperii Civitate Noribergensi ad Postas Officiali, acceptatione & distributione literarum illuc destinatarum, sub comminatione pœnali interdicere, eademque munia in vestrates conferre præsumpseritis. Quæ, cùm in ingens Regalis nostri Postarum juris, quod ante hac per legitimam investituram in dictum Baronem de Tassis contulimus, præjudicium & contemptum vergat, eadem comprobanda minimè duximus, quòd vester ille indecens conatus, misso communi bono, privatæ tantum utilitati subserviens, nulla ratione veniat excusandus. Volumus itaque & jubemus, ut allegatis mandatis nostris, non minus ac antedicta potior statuum Imperii pars obsecundare in animum inducatis, & dicto Generali Postarum Magistro Lamoralio, Baroni de Tassis ejusque officialibus, Regalis sui & muneris à nobis commissi, omniumque eidem annexorum jurium exercitium liberum omninò præstetis, ejus officium in nullo comminuatis, neque sive antedicta sive alia quâcunque viâ turbetis, aut ullo gravamine vestrorumque civium præmissione dehonestetis, aut à vestratibus comminui, turbari & dehonestari permittatis, sed è converso, quæcunque in contrarium actitata sunt, protinus cassetis, atque tollatis, & in commune Imperii bonum dicto Generali Postarum Magistro adjumento sitis, nec non in nostra & Impe-

Imperii civitate Norinbergensi commodam stationem & commorationem præbeatis, in eoque studium & obsequium vestrum, nobis comprobetis,

Quâ ratione non nostro magis arbitrio, quàm vestro commodo & honori consuletis, quibus cœteroquin Cæsareâ gratiâ & favore addicti sumus. Datæ Pragæ 21. Jan. 1624.

Nec sine meritò: præterquam enim quod leges condere & non observare elusorium est & tanquam campana sinè pistillo 4

D. Guil. Antonii de Freundeberg *Imperial. Cam. Spir. ante paucos annos Assessor, fraternus mihi Amicus p. m. de Rescript. morat. tit. 9. concl. 51. n. 66.*

haut contemnendæ difficultates ex neglecta observatione pullulant, id quod ex alio mandato Pragæ 1616. edito in pr. elucet: Euch ist ohne weitläufftide Erinnerung ohnverborgen / wie mercklich viel vns vnd dem H. Reich / auch allen desselben Churfürsten/Fürsten/Ständen vnd Mitgliedern / an ordentlich- vnd richtiger Bestell- vnd Erhaltung deß allgemeinen Postwesens gelegen sey/was auch hergegen/darüber nicht gebührliche Handhabung erfolget / je zu Zeiten für Beschwer vnd Vngelegenheiten entstehen / &c. i. e. Notum vobis & perspicuum est, quanti nostra & S. Imperii omniumque illius Electorum, Principum cæterorumque Statuum ac membrorum intersit, rem cursoriam salvam esse, & quantæ ex ejusdem neglectione tricæ atque molestiæ pullulent &c.

Quod cùm ita sit; enixè studendum est, ut res cursoria vigeat, nec subversionem patiatur, gravibus enim laboribus, molestiis ac negotiis introductum absque gravi causa negligendum non est aut abolendum

Cravett. *cons. 3. pro Genero. n. 57.*

Caput. VI.

De *Causis minus principalibus seu adjuvantibus.*

Theorema I.

Summaria:

1. Postæ quâ curâ conservandæ.
2. Curiosi qui olim dicti.
3. qui Sajones & Parochi.
4. qui per diversas provincias sint postarum Magistri.
5. Dignitates & virtutes comitum Tassiorum.
6. Munus Generalis per imperium Postarum præfecturæ iisdem tributum.
7. Cujus virtute literæ Cæsareæ sine taxa transportantur.
8. Ut & literæ Electoris Moguntini tanquam Protectoris postarum.
9. Alii ab ea exempti.
10. Præfecti postarum qui dicantur.

11. Inter

11. Inter Postmeister & Bottenmeister &c. quæ distinctio.
12. Angari, Tabellarii, Cursores, Brutiani &c. quinam dicti.
13. Cursores sunt personæ privilegiatæ.

AD debitam autem ac laudabilem Postarum institutionem (*a*) primum Supremus seu Generalis Postarum Magister (*b*) deinde Sub-Magistri (*c*) denique horum ministri, Postigliones seu Cursores publici dicti (*d*) pertinent.

(*a*) Quæ eò majori cura procuranda, quo res magni momenti, è quarum numero Posta est, facilius passim eunt, ubi alieno tempore introducuntur decentique modo ac ordine carent: unde Tullius 1. *offic.* ordinem in consiliis factis conservandum esse monet. 1

(*b*) Hujusmodi à veteribus fuit instituta cursus publici Oeconomia: præerat cursoribus omnibus præfectus Fisci, quem corrupto seculo vocarunt Curiosum, quod curam gereret Cursus publici & ad Curiam nuncios omnes referret, auctore Lazio, cujus etiam meminit Tertullianus. Quem in locum Pamelius ex Notitia orientis & occidentis scribit, sub Magistro officiorum Curiosum Cursus publici fuisse unum; & Curiosos, per omnes Pro- 2

 vincias.

vincias. Extat item Titulus de Curiosis & stationariis libro XII. Codicis Justinianæi, quem tit. Græci eleganter interpretati sunt περὶ φροντιστῶν τοῦ δρόμου, desumebantur ex schola agentium in rebus, qui providebant rebus ipsius Principis, aulæ & familiæ ac itinerum simul curam habebant,

Perez. *in C. de Princip. agent. in reb. lib.* 12.

Generaliter autem Curiosus est, qui curæ plenus cum singulari cura aliquid tractat. & Titulus X lib. XII. Theodosiani, quem verò illi Curiosum olim, nos nunc appellamus Magistrum Postarum Generalem; Græcè λογοθέτην, & φροντιστὴν τοῦ δρόμου. Firmicus Curiosos vocat publico cursui præfectos qui vulgò in Gallia Contrarotulatores equorum dispositorum appellantur, de quibus extat rubrica in C. Justinianæi.

Lib. 12. 23. *vid. Lexic.* M. Martinii.

Huic generali Magistro seu fisci præfecto, suberant alii minoris auctoritatis Curiosi per singulas provincias distribuit, qui maximè de cursibus publicis erant solliciti,

l. 2. 3. *C. de Curiof.*

unde in *l.* 4. *d. tit.* dicitur, quod cursui tantum vacent. Observabant enim ne pabula stationibus sive mansionibus equorum deesset, aut iniquo pretio æstimarentur per mancipes & stationarios & ne Provinciales ultra quam justitiæ ratio sinebat, prægravarentur

l. 18. *Cod. de Curs. publ. ubi* Cujac.

è quibus ultimis verbis videre est illud onus generalis Postæ provincias olim tulisse. Curabant etiam hi Curiosi, ne quis absque diplomate aut supra evectionis

ctionis modum curreret

l. 3. l. 6. C. de Curſ. publ.

vel plures equos poſtularet, quàm evectionis autoritas conceſſerat.

l. 2. C. de Curioſ. l. 6. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. ubi Cujac.

Quoniam verò Curioſi, ut eò magis tuta ſint omnia, ſemper in itinere verſabantur, pericula ſæpe ſæva adibant & vitæ renunciabant, tandem Principes Scholarium conſtituti

l. 6. C. de princip. agent. in reb.

Hos Theodoricus Rex in epiſtolis ſuis apud Caſſiodorum vocat Saiones. Hi Saiones rurſum per certa viarum intervalla ſtabulis ſingulis aſſignabant ſuos Hippocomos ſeu Parochos. Sunt autem Parochi ii qui ſalem & ligna & cætera præbere debebant proficiſcentibus pro Repub. ait Porphyrio ad illud Horatii 3

---- *Parochi, qui debent ligna ſalemq;*

nam & æquos & fœnum & annonam curabant; curſores fatigatos hoſpitio accipiebant; recentes recentibus imponebant. Hippocomi verò nomen habetur

l. non patimur 13. C. de Curſ. publ. lib. 12.

jam denique curſores non poterant hippoperas ſuas (ut Seneca loquitur) implere onere majori, quam centum librarum ex conſtitutione ejusdem Theodorici apud Caſſiod.

Barclajus equorum Curſoriorum Magiſtrum PRÆCIPUUM CURSOREM, quemadmodum Galli Grand maiſtre de poſte, Hiſpani correro mayor, appellat,

in Euphorm.

4 Sed latiùs erat ille tunc temporis La Vareno seu Varennes, Hodie verò Monf. de Nouueau, Seigneur de Fremont, Conseiller de sa Majeste en ses conseils d'estat, Grand Maistre de courriers & Surintendant General des Postes & Relais de France, Et le grand Voyer, qui avoits autre fois la sur-intendance sour tut les chemins passages & ponts: Hujus tamen officium desiisse tradit Verdier en Estat de France p. 131. In aula Divi quondam Romanorum Imperatoris Ferdinandi II, supremus rei cursoriæ Præfectus, per Hereditarias domus Austriacæ Provincias dictus est Generosissimus Baro, Dn. Joh. Christoph. de Paar &c. prout è designatione der Kay. Mayst. Ferdinandi II. ordentlichen Hoffstatt/ anno 1629.
5 typis edita accepi. In S. Romano Imperio illustrissimi Comites de Tassis seu Taxis, hactenus Bruxellis habitantes (quorum familia tantum non ducentis annis Rei cursoriæ publicæ in Hispania, Italia, Belgio &c. laudabiliter & quasi à fato ad nobile hoc munus singulariter electa ac erecta præfuit) Generalis Hereditarii Postarum Magistri nomine ac officio S. Majestatis indultu gaudent. Non caruit antiquissima hæc prosapia (prout ex multis monumentis ac scriptis collegi) viris origine, virtute & gloriâ illustribus: Baronibus, Comitibus, Marchionibus, Insularum, Propugnaculorum, & Provinciarum Gubernatoribus, Exercituum, Copiarumque Ducibus, Cæsarum Regumque Camerariis, ad Principes exteros Legatis, quos hodiè Ambasciatores vocant, inter Reges Hispaniarum & Magnæ Britanniæ pacificatoribus, Eccclesia-

clesiarum decanis, Præpositis, Abbatibus generalibus, Episcopis, Archiepiscopis &c.

Alphons. Lopez *de Haro in Geneal. Comitum de Villamediana è domo Tassiana.* Busbequius *Epist. Legat Gall. lib. 2. epist.* 43. Cabrera *in Histor. Philippi II. lib.* 13. *cap.* 8. David. Lindan, *lib.* 1. *Ieneram. cap.* 7. Eric. Putean. *in diversis suis epistolis.* Franc. Bertellus *in Theatro Civit. Ital.* Gabriel Chappius *Histor. Bell. Flandriæ.* Haræus *in Annalib. tumult. Belg.* Jacob Schrenckius à Nozingen, *Theatr. Heroum Katillo, Annal. Chronol. Hispaniæ lib. 6. Sanario lib. de bello Flandrico sub annum* 1585. Molina *de nobilit. Andalusiæ, Hispaniæ &c.* Nicol. Mameranus *in catal. Famil. aulæ Cæs.* Petr: Crescentius *in Corona nobilit. Narrat.* 21. *c.* 3. Svvertius *in Authen. Belgic.* Thuan. *in Histor.*

Lege Jul. Chiffletium *in Tract. les Marques d'honneur de la maison de Tassis, per tot. præsertim part.* 1. *c.* 3. §. *Mais il faut.*

De hâc (domo Tassianâ) scribit Zazera: Non hanno altra meta tutti gli huomini di questa famiglia che la servitu con la casa s' impiegarono. Et hoc confirmat pulcris terminis inscriptio funebris Bruxellis, quæ asserit ducentos annos hanc domum Austriacæ serviisse con Fidelita e puntualità inviolabile.

Porrò munus Generalis Postarum per Sacrum 6 Imperium Magistri, ex antigraphi seu reversalium suorum tenore, est, (prout nomine Domini Leonhardi Comitis de Tassis, per Fabium Maximil. Ponzon, nomine verò Domini Lamoralis Claudii Francisci Comitis de Tassis per Dn. Vitum Sartorium à

Schwanenfeld J. U. D. nunc Sacr. Cæs. Maj. Consiliarum & Imperialis Aulæ Fiscalem, in Aula Cæsarea fuit juratum) Rem cursoriam publicam atq; ordinariam in Sac. Cæs. Majestatis Imperiiq; salutem & commodum, suis (non ex Aula Cæsareâ petitis) sumptibus erigere & dirigere. Cum autem sumptus & expensæ hæ non sint exiguæ sed valdè memores, nec quis ex inanibus paleis frumenti trituram expectare videatur, quæstio hic occurrit: An ab omnibus ac singulis quotq; Postarum beneficio litteras vel accipiunt vel aliorsum mittunt, τό ςαθμόλυτρον exigi possit? Videtur mihi quod non: quædã enim personæ sunt à taxa hac cursoria & pecuniaria immunes, ut primò Imperator ipse (& hic quidẽ simpliciter) à cujus Majestate Generalis Postarum Magister regale

7 eatundem jus in feudum masculum nactus est, propterea q; antidori & gratitudinis loco de litteris Cæsareis meritò nihil sperat aut expectat: naturâ namque ad antidora sumus obligati.

Teste Ulpiano *in l. 25. §. Consuluit. 11. ff. de hered. petit.*

8 Deinde Eminentissimus Elector Moguntinus, tanquã Protector; Consiliarii intimi & aulici Imperatoris. Moguntini verò Consiliarii certo à litterarum taxa eximuntur numero, ex pacto honorarii annui, quod Electores Moguntini ab antiquo pro se suisq; officio Francofurtensi & Residentiæ proximo dederunt; sicuti ex nuperrima renovatione & Decreto Principis Anshelmi Casimiri piè mortui, abundè patet, quod ita habet: Demnach der Hochwürdigste Fürst und Herr/Herr Anßhelm Casimir/Ertzbischoff zu Mäintz/ des H. Röm. Reichs durch Germanien

Ertz-

Ertz Cantzler und Churfürst/unser gnädigster Herr eine Zeit hero mit sonderbarem Wohlgefallen wahrgenommen und verspührt/daß der jetzige Käys. Postmeister zu Franckfurt Johann Baptista von Hoeßwinckel sich in Bestell- und addressirung seiner Churfürstl. Gn. Briefen gantz trew und fleissig bezeiget/ dasselbe auch noch ferner zu continuiren unterthänigst erbietig und willig seye/ Höchstgedachte Ihre Churf. Gn. aber sich gnädigst erinnern/ was gestalt vorigen Postmeistern eine jährliche Bestallung/ so wohl vor Bestellung dero Briefen/ als auch Einschickung der Wochentlichen Zeitungen mitgetheilt vnd geliefert worden: Als haben mehr höchstgedacht Ihre Churf. Gn. umb dieser und anderer Vrsachen willen/ die gnädigst befehlende Verordnung gethan/ daß nun hinfüro ermeldtem Postmeister alle Jahr und jedes besonder zweyhundert Güldenbatzen/ auß seiner Churf. Gn. Cammer/ von einem Quartal zum andern/ jedesmal funfftzig Gülden von dato anzurechnē ohnfehlbar gereicht und entrichtet werden sollen. Hingegen Er Postmeister alle Ihrer Churf. Gn. und dero würcklichen Räthen/ Secretarien und anderer bey Cantzley-expeditionen/ sich der ordinari Post bedienenden Personen Brief und Paquet/ auff allen Käys. Leipziger/ Nürnberger und andern Posten (jedoch mit dem außtrucklichen Anhang/ daß darunter einige frembde und Nebenschreiben zu des Post-Ampts Schmälerung und Abbruch nit beygeschlossen werden) ohne Entrichtung einigen Postgelts mit Fleiß hin und her bestellen/ auch damit trewlich und behutsam umbgehen/ und die Zeitung wochentlich zu Ihrer Churfürstl. Gn. Cantzeley/ wie biß dato herkommen/

kommen/überschicken solle; Darnach er sich zu richten. Signatum Mäyntz den 9. April. Anno 1643.

L. S.

Anshelmus Casimirus Archiepiscop. Moguntinus.

Latin:

Postquam Eminentissimus Princeps ac Dominus, Dominus Anshelmus Casimirus, Archiepiscopus Moguntinus S. Rom. Imperij per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, Dominus noster clementissimus aliquantisper singulari cum gustu, & benevolentiâ intellexit: modernum Postæ Cæsareæ Francofurtanæ Magistrum Joannem Baptistam ab Hœsvvinckel singularem fidem & industriam, ad deferendas Eminentiæ suæ literas hactenus adhibuisse, eodemque adhuc animo in posterum sibi constare: Eminentia verò sua, in memoriam sibi clementissimè revocavit, quod prioribus dictæ Postæ Magistris, tum pro transmissione litterarum, tum pro suppeditatione novorum septimanalium annuum salarium porrectum fuerit; eam aliasq; ob causas memorata Eminentia sua clementissimè mandavit, ut abhinc dicto Postarum Magistro annuatim ducenti floreni (quinquaginta scil. in quodlibet trimestre) ex ærario suo præbeantur, eo tamen pacto, ut Magister Postarum litteras Electoralis Eminentiæ suæ, omniumque ejus Consiliariorum, Secretariorum, quiq; alii Cancellariæ munera obeunt & ordinariis cursoribus indigent, sine ulla Taxæ redemptione (modò ne aliorum taxæ exemptione

ptione non gaudentium literæ admiſceantur aut includantur) accipiat, & debita cum fide & diligentia protinus transmitti curet, novellasque ſeptimanales ad Cancellariam Electoralem ex recepta conſuetudine exhibeat &c. Signatum Moguntiæ 9. Aprilis, Anno 1643. &c.

Commemoratorum autem Reverſalium Taſſianarum tenor atq; textus hic eſt:

Ich Lamoral Claudius Franciſcus Graff von Taſſis, bekenne vor mich und meine Erben offentlich mit dieſem Brieff uñ thue kund allermånniglich &c. Demnach der Allerdurchleuchtigſte/ Großmåchtigſte und Vnůberwindlichſte Fůrſt und Herr/ Herr Ferdinand der Dritte/ Rômiſche Kayſer / auch zu Vngarn und Boheimb Kônig/ &c. unſer allergnådigſter Herr &c. auff allerdemůtigſt Anſuchen der Hochwohlgebornen Frawen Alexandrinen von Rye/ Gråffen von Taſſis, meiner geehrten lieben Fraw Mutter / und nach meines Vatters ſeeligen Herrn Leonharden / Graffen von Taſſis, anno 1628. zu Prag begebenem Abſterben / verordneter / auch von Kayſ. May. allergnådigſt confirmirter Vormůnderin / daß von allerhôchſt gedacht Ihrer Kayſ. May. herrůhrend tragendes Lehen / des General Poſtmeiſter-Ambts im H. Reich / mir allergnådigſt zu renoviren und zu beſtåttigen geruhet / nach mehrerer Außweiſung deßwegen unter dato den 13. Maij des 1638. Jahrs verfertigt- und ertheilte Lehenbrieffs / Krafft deſſen Allerhôchſternenter Kayſ. May. durch meinē darzu gevollmåchtigten Mandatarium Vitum Sartorium, dero Rechten Doctorem &c. in meinem Namen gebůhrende Lehenspflicht geleiſtet uñ abgeſtattet worden

worden ist; Als habe ich neben unterthänigster Erkantnuß und Danckſagung jetzberührter mir erzeigter Gnad/Ihrer Käyſ. May. zugeſagt und verſprochen: Thue auch ſolches hiemit wiſſend und wohlbedächtlichen / beſt vnd beſtändigſter Form in Krafft dieſes Briefs/daß nemblich ich und meine Erben obbeſtimptes Reichs-General-Poſtmeiſter-Ampts halben/nach Ihrer May. deroſelben Nachkommen Römiſchen Kayſern vnd Königen meinen gehorſambſten reſpect vnd Auffſehen / in alle Weg auff den hochwürdigſten Fürſten und Herrn/Herrn Anshelm Caſimirn / Ertzbiſchoffen vnd Churfürſten zu Mäintz/des H. Röm: Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern/&c. meinē gnädigſt: Herrn &c. uñ deſſelben Nachkommen am ErtzCantzler-Ampt/haben vñ halten/darauf nach Außweiſung meines Ihrer Kay. May. gethanē vnterthänigſtē Erbietens/ ſo wohl die von newen angeordnete/als von Alters gebräuchige ordinari Poſten eins vnd andern Orts / auf meinen eigenen Vnkoſten/nach Notturfft fleiſſig beſtellē/vnd in ihrem herbrachten eſſe erhalten/darbeneben auch die von Ihrer May. geordnete Staffetten/ohne Ihrer Kayſ. Entgelt fortführen/ die an vnd von Ihre Kayſ. May. vnd deroſelben Nachkommen am Reich wie auch Ihrer May. vñ des Reichs Ertz- vnd Vice-Cantzlers geheimbden vnd Reichs Hoffräthen/ vnd anderer dero hohen Officirer abgehende Brieff trewlich vnd ohne Abforderung einiger Tax oder Brieffgelts überliefern/vnd ſonſten mit Einnehmung erſtermeltes Brieffgelts / wider Gebühr niemand beſchweren/zuforderſt aber vnterm prætext vnd Vorwand obverſtandener mir erwieſener Gnad / newen

Ein-

Einsetz- Bewillig- vnd Verleyhung/Ihrer Käyserl. May. Hoff- vnd N.O. Postämptern/keine Eintrag/ Irrung/Verhindernuß vnd Beschwerung/ wie vnd auff was Weiß solches immer geschehen vnd zugehen möchte/thun oder zufügen sollen noch wollen; Sintemalen mehrhöchstgedacht Kays. May. vor sich vñ deroselben Nachkommen am Reich / vnd dero hochlöblichen Hauß Oesterreich / vorberührte Hoff- vnd N.O. Postämpter von angezogener Gnad/bewillig- vnd Vergleichung gäntzlich abgesondert vnd außgeschlossen/ vnd darunter im wenigsten begriffen vnd verstanden haben wollen: alles Ehrbar/getrewlichen/ ohnearge List vnd Gefehrde. Dessen zu wahrer Vrkund/habe ich für mich/meine Erben vnd Nachkommen/diesen Revers mit eigenen Händen vnterschrieben/ vnd mit meinem angebornen Insigel bekräfftiget/so geben den 16. Martii, im 1647. Jahr.

L. S.

Lamoral Graff von Taſſis.

Latine:

Ego Lamoralius Claudius Franciſcus Comes de Taſſis, præſentibus hiſce pro me & hæredibus meis fateor notumque facio omnibus & ſingulis, quod poſtquam Sereniſſimus, Potentiſſimus & invictiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ferdinandus Tertius, Rom. Imperator ad humillimas preces Illuſtriſſimæ Dominæ Alexandrinæ de Rye, Comitiſſæ de Taſſis, Matris mei, nec non poſt obitum Patris mei p. m. Dni Leonhardi, Comitis de Taſſis Pragæ contingentem, tutricis mihi datæ & à Sacr. Cæſar. Majeſt. confirmatæ, officium generalis

per

per Imperium Postarum Magistri, mihi in feudum collatum, clementissimè renovandũ ac de novo conferendum & cõfirmandum duxit (prout instrumentum investituræ de 13. Martii anni 1634. uberius testatur, nec non debitam fidem & Sacramentum S. Cæs. Maj. à me per mandatarium meum ad hoc plenâ cum potentia constitutum, dictũ Vitum Sartorium, J. U. D. præstitum esse docet) quòd, inquam, meâ ex parte, memoratæ S. Cæs. Majestati, juxta tanti beneficii humillimam recognitionem & debitam gratiarum actionem, pollicitus sim, & ex certâ fide atque scientiâ solennissimè vi instrumenti hujus spoponderim, me hæredesque meos, juxta, S. Cæs. Majest. ejusque in Imperio successores, autoritatem Eminentissimi Principis ac Domini Dñi. Anshelmi Casimiri Archiepiscop. Moguntini, & S. R. I. per Germaniam Archi-Cancellarii &c. Dni mei clementissimi, ejusq; in Archi-cancellariatum successorum potissimum & obsequiosissimè secuturos, & in vim factæ à me humillimæ oblationis, postas tàm novas quam veteres sumptibus & expensis meis diligenter curatoros, literas etiam extraordinarias, vulgo Staffetas, citra sumptus S. Cæs. Majestatis ejusque successorum expedituros, nec non cæteras eorum litteras, ut & Archi- & Vice-Cancellariorum in Imperio, & eorum qui Cæs. Majestati à Consiliis Secretis & aulicis sunt, ac aliorum Officiarorum majorum, tàm ab iis Postæ exhibitas, quàm vicissim ad eosdem inscriptas, fideliter & citra exactionem taxæ epistolaris respectivè accepturos, transmissuros & redhibituros, neque de cætero in debitâ dictæ pecuniæ epistolaris exactio-

exactione quenquam gravaturos, inprimis autem sub velo hujus in me collati beneficii & novæ investituræ S C. Majestatis Aulico & inferioris Austriæ Provinciali Postarum Magistro, circa officium suum, quacunque id demum via contingere posset, nullum penitus negotium facessituros, quandoquidem Cæs. Majestati pro se & successoribus suis in Imperio & serenissimâ domo Austriacâ memoratâ Aulæ Cæsareæ & Provinciæ Austriacæ Postarum Magisteria & officia à prædicta cōcessione & investitura, mihi collata, penitus diversa haberi & cupit & præcipit; &c. Datum 16. Martii Anno 1647.

Denique sunt qui vel honoris ergò vel è singulari favore Postis Præfectorum, immunitate quadā gaudent, idque omne vel simpliciter vel pro strena alioque annuo honorario quodam: ex hoc ordine Principes, Comites & alii, nonnulli sunt, præsertim qui in territoriis suis stativa perferunt; ex illo viri cùm Ecclesiastici tùm seculares, quorum singuli aliquo favore, benevolentia & ope Præfecti gestiunt. 9

(c) Quia à supremo seu generali Postarum Magistro ad hoc certò sunt conducti Salario, eamque ob rationem aliquando Commissi vel Commissarii vocati, ut officiis (ita enim appellantur præcipuæ ædes literis colligendis ac distribuendis Postisque expediendis dicatæ, ut, Officium Coloniense, Rheinhusanum, Augustanum, Norinbergense, Ratisbonense, Hamburgense, Francofurtense, &c. Germanicè, Postâmpter) præsint, cursorumque curam gerant singularem, Germ. Postmeister / Postverwalter / commiss. ubi notandus differens nominandi 10

modus: Cæsaris enim Postarum Magistri vocantur, Postmeister / Principum Expeditores dicasteriales, Bottenmeistere / Civitatum Tabellarii & dromi jurati geschworne Botten.

(d) Cursores à cursu, cursus verò à currendo, quòd citò progredi vel pergere significat ut Flumen currit

l. ult. de S. P. R.

cursus fluminis

l. 1. C. *de alluv.*

tempora currunt,

l. 3. §. *ult. de Carbon. Edict. l.* 19. §. *ult. de Ædil. edict.*

sic, currere in equis

l. 20. *de p. V.*

cursus clabularis

l. 22. C. *de curs. publ.*

ubi veteres rectiùs legere & nos adhuc legimus clabularis quàm ambularis, tametsi hæc Florentinæ ac vulgatæ editionis sit lectio

l. 2. 5. C. *Th. de curios. l.* 62. C. *Th. de curs. publ.* Cuj. *ind. l.* 22.

vehicularis

l. 1. §. 1. *& l. ult.* §. 14. *de mun. & honor.*

publicus

l. 4. C. *de offic. rect. provinc. l.* 5. *c. de mod. mulct.*

unde *cursores*

l. 99. §. *ult. de Legat.* 3. *tit.* C. *de curs. publ.*

& *Curraces*

l. 18. *de Ædil. edict.*

utut vulgata editio ibi legat Curaces, publici cursores publici dicuntur oppositivè ad privatos, qui olim servi erant

d. l.

d. l. 99. §. *ult. de leg.* 3.

ubi gloſſa putat omnes curſores vernas eſſe. Et iſti curſores publici variis indigitabantur nominibus, à Perſis Angari & Aſtandæ, auctore Suida vocabâtur, *teſtante* Garzon. *nella Piazza univerſale, diſcorſo* 44.

Quarum vox prior etiam integra ad Græcos tranſiit: de hac plura vid. infra c. 19. th. 4.

Euſtathius *in Æl. Dionyſ.*

Ἄγγαροι ſunt οἱ ex διαδοχῆς γραμματοφόροι. id eſt, qui 12
ex ſucceſſione literas perferunt. ab ἄγγαρα τὰ quæ dicuntur ipſi Stathmi (σταθμοὶ) h. e manſiones & diverſoria, ad quæ ἄγγαροι hoc eſt tabellarii, peracto diei penſo, divertunt, & ἀγγελιαφόροι nuncii, Syneſ. pro tabellariis regiis, qui publicis utuntur vehiculis & equis; Statores etiam dici poſſunt.

Ioh. Criſpin. *in Lexic. voc.* Ἄγγαρα *&* Ἀγγελιαφόρος.

Latinis vulgò Curſores, Martialis,

Curſorem Sextâ tibi, Rufe, remiſimus horâ.

Tabellarii & Tabelliones paſſim tabellis quibus utebantur veteres teſtante Tullio

in orat. contra Catilin.

qui inquit: introductus Statilius cognovit manum & ſignum ſuum, recitatæ ſunt tabellæ: hinc tabulis obſignatis agere: ſicut & Veredarii: Gerones olim à gerendis epiſtolis: apud Feſtum & Brutiani gerones, in quæ verba Joſeph. Scaliger. Hæc eſt prima noſtra conjectura de Brutianis; ſed ut ingenuè fateamur, putamus potiùs dictos, quia Gerones literarum & publici curſores erant. Ait Gellius *l.* 10. *c.* 3.

Bruttios Italiæ populos primos deſciviſſe ad Hanniba-

nibalem, eoque Italiâ depulso, eos semper à Romanis habitos pro servis & apparitoribus & per contemptum vocatos *Brutianos*.

Veredi & à Cicer. Volucres nuncii,

Armillati, ab insigni quodam quod gesserunt à Budæo *Armilla* vocatum, sic enim inquit: Nostrates caduceatores, spinthere utuntur, quæ armilla dici potest: Blasonum linguâ vernacula vocant. Postæ quòd certis locis positi ad mutandos equos.

Causabonus *in notis ad Sueton.*

Classiarii, non iidem qui dromonarii sed omnino similes tamen.

Mittendarii,

in epist. Theodorici Regis apud Cassiodorum. Expeditos properare Mittendarios volumus.

Germanicè indigitantur Postreuter/ Postilions / Italicè Postiglioni, Ordinarii, Camaggi, Messeggieri, Messiglieri, Bolzette, Novellieri, Annonci, Messi,

Vocabulario della Crussa. *in litt. Nuncius, circa finem.*

Staffette, Correri: quanquam hæc quatuor vocabula de cursoribus extraordinariis ut plurimum intelligantur, veluti D 1. Bertold. Preuning ad Cæsaream Majestatẽ ab Hermanno Tschernin de Chudeniz, &c: L. Barone in Zlabe & Kebilavv, Legato & Oratore ad Turcarum Imperatorem, Augustâ vindelicorum Pragam versus 25. Jun. 1616. nec non sequenti Die Joh. Georg. Soldin, Gæsar Gall & alii Constantinopolin seu Portam Osmannicam (h. e. aulam Imperatoris Turcarum ab Osmanno primo Turcarum Principe ita dictam) 26. verò Augusti Geor-

Georgius Katrensteiner Vienna à Sac: Cæs. Majest. ad eandem urbem missi fuêre,

Adam Wenner de Crailshaim im Reiß-Buch von Prag auß gen Constantinopel.

illi Gallicè Postillon (qui Gallis etiam den Vorreuter an einer Kutschen significat) les Postes vocantur; Baysius

ne re vestiar.

Pegasarios nominat; Pegasarii inquiens, cursores è Gallia Lugdunensi quinto aut sexto demum die Romam advolant, subinde per stationes mutatis equis Pegasarii dicuntur, ait ex Budæo Ravisius Textor

in suo Theat. Historic. Poëtic.

Cursores, qui statis locis mansiones suas positas habent, quorum diversoria stathmi vocantur. Taboëtius appellat Stationarios. Pegasarii antem à Pegaso equo Poëtarum alato, quemadmodum Mercurius Deorum Cursor Publicus h. e. der Götter Post-Bott fingitur

Georg. Fleischner in tract. vom Ritter-Orden deß Podagrischen Flusses. *Dav. Herlicius in Dedicatoria Calendarii anni 1623 præfixa.*

quem etiam in modum Ægidius Albertinus Secretarius Bavaricus

in tract. der Welt Tummel- und Schauplatz *part. 1. pag. mihi. 27.*

de Sole scribit: Sie (die Sonn) ist Gottes Postilion oder Currier / der niemaln feyret / sondern allezeit postiret und laufft / hoc est, Sol Dei cursor est, qui nunquam feriatur, sed continuò currit; ita Hesperus salutatur Veneris cursor publicus à Germanico Nasone, Martino Opitio,

in Epithal. Casp. Kirchneri.
ubi canit:

> Und sehet es kompt gleich von Venus ein Po-
> stirer/
> Der güldne Hesperus, der Sternen Ein Fu-
> rirer.

Thomas Dempster à Muresk
Antiquit. Rom. lib. 7. in fin.
ut priscis Romanis viatores, ita mutato nomine Bizantini habuerunt cursores, non quidem illos qui in aciem hostilem excurrebant, impetumq; faciebant, ut notat Adrianus Turneb.
lib 24. c. 16.
sed qui ad Principum ministeria idonei essent.
Curopal. *lib. de off. Aul. Constantinopolit. p. 57.*
πρωτοστράτωρ εἶναι καὶ δεφενσὰρ τῶν κουρσευόντων, τούτων γὰρ μήτε τάξιν ἐχόντων, μήτε φλάμουλον ἴδιον: *Protostrator est etiam defensor cursorum, horum quidem neque ordinem habentium, neque flammeolum suum.* Legitur melius in Fr. Junii Schedis *πρωτοστάτωρ*, nam *Protostator* ille censeri poterit, qui in officialium numero primus stat. Cursores certè antiquissimos fuisse docemur è Tito Livio
4. Decat. lib. 1.
hemerodromos vocant, ingens uno die spatiũ emetientes. Sed isti in triplici omnino genere, aut enim currebant pedites, aut equites, aut animantes, muli videlicet, equi jumenta ut disseruit eruditissimè fusissimeque J. Lipsius
Cent. 3. epist. 59.
quem non exscribo. Horum usus & à Persis receptus, dicti-

dictique Astanda & Angari qui sibi invicem succederent.
Suidas in Astandæ:

Xenophon. *lib.* 8. *pæd.*

horum nonnulli nocturni, alii diurni accensis facibus per vias ex omnibus regni sublimibus locis in uno die Imperatori significabant quod erat scitè op°. verba Apuleji apud Joh. Brodæum,

lib. 6. Miscellan. c. 6.

ubi tamen malim legi, quod erat citò opus.
Imago accensarum facium in Anglia etiamnum hodie videre est altissimis enim palis (BEKYNS illi vocant) lumina imponunt, si quando turbarum metus, quo veluti edicto, omnes ad arma concurrunt, pro aris & focis dimicaturi.

Æschylus, Ceomedesq; Cursorum meminerunt & præsertim eorum qui equis vecti publicis & subinde mutatis nunciabant, diciturque id genus hodie la poste Gallis: cursuale ministerium Theodorico Regi

lib. 5. epist. 5. apud Cassiodorum appellabatur.

Æl. Spartianus in Vero: jam illa leviora quod cursoribus suis exemplo Cupidinum frequentes alas addidit, eosq; ventorum nominibus sæpè vocitavit, Boream alium, alium Notum & item Aquilonem aut Circium, cæterisque nominibus appellans, & indefessè atque inhumaniter faciens cursitare.
Paulus IC.

l. 99. ff. de leg. 3.

si alii vernæ, alii cursores legati sunt, siquidem & verna & cursores sint, cursibus cedent, semper enim species generi derogat. Addendum & è cursoribus quos

servos fuisse palam est, quosdam appellari solitos Dolichodromos, Epitodromos, Hen,erodromos, Stadiodromos. &c Tertullianus

lib. de fuga in persecutione, in fine scribit:

Cum in Matricibus beneficiariorum & curiosorum inter tabernarios & lanios & fures Balneorum Christiani continentur. Legi posset fortasse: Beneficiariorum & Cursorum. Sic eruditissimus Pomelius censuit, licet sciam & curiosos in Comitatu Præsidum haberi, qui admissa per Provinciam renunciarent. Et sub Magistro officiorum erat curiosus cursus publici præsentalis unus & per omnes provincias. Verba sunt Notitiæ utriusque Imperii

pag. 46. 130.

& Guidus Pancirolius est titulus in Codice Theodosiano

tit. 10. *lib.* 12.

& in Codice Justinianæo

tit. 21. *lib.* 12. Cujacius *ibidem corrip. lib.* 3. *n.* 5.

Iamque ordine certo
Turba Decanorum Cursorum.

erant, ut iam antea monui in servorum numero cursores

C. Petron. *Satyrici pag.* 21. *faleratis cursoribus* Martial. *lib* 3. *Epigr.* 47.

quod forte omnes Magistratus eligerentur, hic fuerat dicendum, sed commodius id alibi expedietur: *hæc Dempsterus*.

Et ipsi Cursores sunt personæ privilegiatæ quæ hodie
13 singulis horis habent suas dimensiones & ut eo tutius iter conficiant, diplomata Principis habent.

Bœcl. *ad Suet. in August. c.* 49.

quæ

uæ etiam vocantur Combinæ, συνθήματα tractoriæ
: tractatoriæ,
Pardueff. *prat. in Lex.* 1. *C. & Can.*
uarum formulam vid. apud Brisson,
de V. S. voce Tractoria Cujac. *ad tit. C. de tract. & statiu. lib.* 11.
Germ. Post-Zettel Balleta vel Bulletinum, de quo
lura habes *c.* 16. *Theor.* 4

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Privilegia Electoris Moguntini.*
2. *Ius protectionis rei cursoriæ quod habet.*
3. *Libera tamen dispositione Comiti de Taffis relictâ.*
4. *An Elector Moguntinus suis sumptibus debeat protegere rem cursoriam.*

Hi omnes (*a*) in S. Imperio (*b*) Electorem Moguntinum (*c*) tanquam Protectorem Postarum agnoscere habent. (*d*)

(*a*) Tam Supremus Postarum Magister, quàm ejus Postis Præfecti & cujuscunque conditionis ministri.

(*b*) Aliis enim in locis aliter sese res habet.

(*c*) Tanquam S. Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarium. *A. B. tit.* 2. qui Collegii Electoralis augustissimi Decanus. *arg. text. tit.* 4. *A. B. Restaur.* Castald. *de Imper. qu.* 1

8.n.6. Paurm. de jurisdict.2. c.2.n.25. *Dn.* Georg. Lud Lindenspür. *in monit. Polit. ad A. B. tit.* 1.

Et inter Electores primum occupat locum

Buxdorff *ad A.B.th.*15.

In Curiis Imperialibus & Regalibus dextrum Imperatoris claudens latus Provincia Coloniensi exceptâ

c.3.§.2. A.B. Limn. *lib.3.c.4.*

apud quem publicum Imperii Archivum seu Cartophylacium, quo publica Imperii Documenta & acta continentur matriculaque Imperii reservatur,

Rutg. Ruland. *de commiss. lib.5 c.5.n.*10.

cui Consilium cum Dicasterio seu Cancellaria, quæ in aulâ Imperatoriâ habetur, juramēto obstringitur.

Th. Michaël *de Iurisd. conc.* 28. *lit. A.*

Et Imperialium Decretorum signatura competit,

Paurm. *ibid. n.* 33.

quod tamen per Sacri Imperii Vice-Cancellarium in aulâ Cæsareâ (qui hodie Reverendissimus & Perillustris Baro, Dominus Wildericus à Walderdorff, &c. Sacræ Cæsareæ Majestatis Cōsiliarius intimus, &c. perficere curat, nisi curia Imperialis in ejusdem Archi-Cancellariatu celebretur, tunc enim ipse super baculo argenteo omnia sigilla & typaria Imperialia seu Regia portat,

Limn. *d. loc.*

fuit ille, heu fuit! è generosa & nobilissima Wamboldorum ab Umbstad prosapia, ANSELMUS CASIMIRUS nuperrima 9. die Octobris 1647. Francofurti piè in Christo Salvatore nostro defunctus, Dominus mihi meisque verè clementissimus: at in tantorum honorum apice & honoristitio, Dei gratiâ, ut dignissimus Successor, exaltatus hodie cerni-

tur

tur Eminentissimus Princeps ac Dominus JOANNES PHILIPPUS, Episcopus Herbipolensis & Franciæ Orientalis Dux, è generoso & perantiquo Stemmate de Schönborn ortus, Dominus meus Clementissimus.

(*b*) Quæ ſcil. vel navigio vel pedeſtri itinere perficitur.

(*c*) Multivaria equis ad poſtas neceſſariis publicoque uſui deſtinatis convenit appellatio; appellantur enim curſorii, diſpoſiti, veredi, prout 2

Procopij interpres belli Perſ. lib. 2. &
Firmic. Mathe. lib. 3. hac voce utuntur.

Veredarij, ſtationarij

Mut. Surgens in annot. ad Fratris M. Ant.
Surg. de præt. c. 26. in fin. fol. 448.

Græcis ἵπποι ταχύδρομοι vel etiam σταθμόδρομοι & δρομικοὶ, *Italis* Cavalli di Poſta, *Hiſpanis* cavallos ambladoros, *Gallis* Chevaux de Poſtes, *Germanis* Poſt-Pferd/Poſt-Roß/ *Anglis* Poſthorſes, *Polonis* Poſto Wnihon. Etſi verò noſtras Poſtas in hoc differre à curſu publico exiſtimet *Alciatus, ad t.t.C.de Curſ. publ.* quòd eò tempore alebantur publicè ſeu ſumptu Principis & ſine ejus licentia nemo ijs uti poterat; apud nos autem privato ſumptu Poſtæ ſuſtentantur, & cum ſtabulariis locati conductique poſſunt agi, quod ſequitur Pacianus *Conſ. 161. num. 6.* innuitque Guido Pancirolus *comment. in not. Imper. Orient. cap. 6.* 3

hodie,

hodie, inquiens, cursus publici ratio aliter se habet, caupones enim suos equos ad currendum cuicunque volenti locant, & privatam rem potiùs quàm publicam curant, solum currendi facultatem à principibus emunt, vel gratuitò obtinent: vid. *Mut. Surgent. d. loc. fol. 447.* nihilominus tamen hactenus Jus regale manet, quod ejus usus ex diplomate vel concessione Cæsaris dependeat, ita ut Postarum Magistri alios Imperiali concessione destitutos, rectè inde arceat. *Casp. Klock. de contr. cap. 2. num. 26.*

4 *Qui* verò *equi ad Postas magis videntur idonei?* ratione quidem habitus nihil caballi spissi gradi tardioresque quàm corbitæ sunt in tranquillo mari & equi obesi, aut inedia nimis ita consumpti, ut costæ graduum instar scalarium per cutem transpareant (fornen zu dürr / hinden zu mager) valent; nil ætatis respectu annis jam plurimis confecti, nil quoad proportionem alti & magni; sed & sexus intuitu Scythæ marium loco fœminis, quod lotium cursu non impedito reddant, uti maluêre, Grapaldo referente. Commendantur Turcarum equi testiculis ut plurimum orbi, Cantherios vocant, pernicissimi. Arabum equi habitudine pulchri, cursus velocitate vel Cyllaro pares, inediæ & sitis cum plerisque tam squalidæ regionis animalibus patientissimi

Ph. *Veslingius* obs. in lib. P. Alpinus de plantis Ægypti, ad cap. 14. de Balsamo.

Impe-

Imperatoris Probi equus qui in parœmiæ formam deductus est, nec decorus quidem nec staturosus, at celeritate tantâ fuit, ut diurnis spatiis centum obiret milliaria vel in decimum diem labore haut interpolato. Fuit hic equus Alanicus in bello Probi contra Alanos captus, Equos generosiores & ad cursum præsertim paratos, quos Barbaricos vocant, paleis & zeatico hordeovè cibario qui sunt Principum equisones alere consueverunt: idem.

Qui currendo valeant hi Barbarici (Italis Barbari dicti) Florentiæ & Senis in Festo S. Johannis B. quo cursus per Barbaricos equos solenniter institui consuevit, jucundo aspectu tam mihi, cùm ibi agerem, quàm aliis observare licuit. Albertus equos celeres curriles dixit, quod Gesnerus, *de Equo*, haut abs re, ineptum putat. Polluci ταχύποδες Homero ex Porphyrii sententia ἀιολόπωλοι dicūtur, quanquam hi potius ii sint, qui tales equos possident. Ad cursum provocantur quidam cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate, nonnulli facibus accensis, Solin.

Ex Hispania levitate elegantiaq; conspicuos venire, Volateranus tradit, quos vulgò jannettos & genetos vocant. Equum à lupo sauciatum, bonum evadere & velocem vult. Zoroast *in Geopon.* indeque quidam hujusmodi equos lycospadas dici volunt, quòd qui pallinâ ætate in lupos inciderint, si periculum evadant, bonitate insigniter proficiant atque pernicitate. Unde verò talem talis cursus sortiatur effectum, in pendenti

est

est; Testudinem Simia odit naturali quodam antipathismo, nec odit tantum sed & horret, cujus antipathiæ nec homo expers est; obmutescit enim si eum prior lupus viderit, nec ob terrorem solum, nam nec leone neque urso viso hoc contingit. Simili ratione equorum pedes lupi vestigia diutius sequentes, obstupescere vel potius rigescere, si verò recentia sint vestigia, alia re vexari ait Rudolphus Goclenius *Mirabil.Natur.p.3.* ita ovem non adoritur lupus cui allium sylvestre est alligatum. Caput lupi in columbario suspensum mustelas arcet, & viveras, idem; Verùm, antipathiâ vel idiopathiâ quadam seu lupinorũ dentium virtute, intrinseca abditaq; equũ pernicitate proficere ambigo, cum Cælio potiùs credens, vehementiores ab ea impostura fieri cautiusque imposterum agere, equos, *arg. l. incivilem.C.de Furt.* quoniam, nî naturâ tales fuissent, haut quaquam evaluissent dilabi: neque enim prudentem evasisse Ulyssem dictamus Cyclope declinato. Sed ideò declinasse, quia foret prudens. Clariùs quodammodo Ælianus interprete Gillio, Lycospadas (inquit) alii ideò à frenis lupatis appellari dicunt, quòd his effrænationem eorum præcipitem sessores moderentur. Plutarchus, è parentis sui sententia, hos optimos & felicissimos esse, existimat, qui à lupo appetiti, ex ejus faucibus evaserint, quod ipsum dubitationem habet, cur ij quos lupus mordicus presserit, acriter animosi efficiantur, cum feræ bestiæ morsus, terrorem potiùs quàm animum incutere videatur & timidi redditi, quemadmodum feræ tendiculis attentatæ, magis insi-

insidiarum metuentes sunt, ita, hi sese à currendi celeritate sustinent, Gesner. *d.loc.*

Tametsi autem ordinariè equi ad Postas usurpentur, necessitas tamen tempore & ubi urgente bello eorum defectus est; sive contagio, sive crebrâ emptione sive abignatus crimine prægresso; alia quoque animalia in equorum vicem substituuntur; sic vidi Asinis uti, quæ Posta asinaria, die Esels Póst potest dici. Quod autem Postæ bovinæ Ochsenpost à quibusdam fiat mentio, metaphorica potius locutio est, ad significandum & describendum inanem tarditatem, unde enatum proverbium: Es gehet als wann man mit Ochsen rennete/ idcircò Ochsenpost/ non est ὀξυ-Post aut ὀξύπους; Lat: Acupedius, id est, cui præcipuum est incurrendo pedum acumen, Festus, unde Acupedium in Glossario: ὀξυποδίας Cùm, nisi fallor circa annum Christi 1636. vel 37. omnes ferè equi imò & alia animalia, quorum usus aliquis ad Postam esse potuit, propè Aschaffenburgum ad Mœnum à furibundis futibus militaria sequentibus castra essent abacti, agroque & stabulis expulsi, Postarum Præfecti litteras per ancillas & filias transferri curarunt, deformes tamen, proptereaque de insessoribus hujusmodi equorum cursoriorum tanto minus sibi metuentes. Possunt & cervi ad peragendum cursum publicum erudiri: in Comitiis Augustanis anno 1548. cum Imperator Carolus V. Hippodromum instituisset, Comites Stolbergenses cervum equi instar cicuratum & frœnatum produxerunt, eoque usi sunt ad cursum, qui etiam

cervus omnes equos celeritate superavit. Christoph. Leman. *in Florileg. polit. verb. Natur. n.* 40. de simili ferè Joh. Guilh. Neumayr à Ramsla *in descript. itineris per Galliam, Angliam & Bataviam* Herrn Johann Ernsten deß Jüngern / Hertzogen zu Sachsen/Gülch/Cleve und Berg/&c.

Ita scribit: Im Saal (deß Schlosses zu Breda) stehet über dem Camin ein Pferd abgemahlt/ soll von einem Hirsch und einem Wilden gefallen seyn; Der Gubernator berichtete ihre Fürstliche Gn. es were solches in einem Tag vom Breda/ biß nach Brüssel / und von dannen wieder nach Breda geloffen / welches ein grosser Weg (20. Meil) und sonsten keinem Pferd möglich. In Lapponia & Finlandia cervorum genus est mirandi cursus, unde vulgò Rennthier vocantur, de quibus ex Olao Magno. Froschmeußler cap. 7. equum citatum ac intrepidum cum cursore conjungit, cum qui Ulyssi à pedibus fuit, à Circe in talem equum mutatum sequentibus rythmis innuens,

Ein wunderbare Vogelrott/
Ein grawe Taub war ehe sein Bott/
Ein hurtig Pferd sein Post-Lackey/&c.

De columbis & canibus cursorum officium præstantibus etiam I. Lipsius *in suis Epistolis*, sollicitus est, quæ tametsi ad juris scientiam parum faciant, antiquitatis cognitioni tamen inserviunt, ibique si placet, inquiri ac legi possunt.

CAP.

CAP. VIII.

DE

Causa materiali.

THEOREMA I.

SUMMARIA.

1. *Cursus quid sit.*
2. *Quid cursor.*
3. *Sculteti qui dicantur.*
4. *Angaria quid sint.*
5. *Quid angariari.*
6. *Quanam tria semper currant.*

POstæ omni materiam præbet cursus ut sic & sine omni determinatione positus (*a*)

(*a*) Cursus, quem à velocitate crurum vocat Lucas de penna *in rubr. C. de Curs. publ.* est velocitas seu celeritas pedum secundum Isidorum *etymol.* 18. *c. spectacula.* adderem ego & motus, propter naves & rhedas, quæ etiam currere dicuntur, quamvis res inanimatæ sint, pedibusque careant; Horatius suo more audacter 1

Græcos imitatus, *currere* pro navigare dixit: ità dicitur cursus aquæ, fluminis, temporis, decendii, mundi, &c.

Vide indicem consiliorum *August. Beroij* ubi etiam de Privilegiis.

Sic Oldendorp. ait, *class.* 5.

horæ reciprocantur cum expleto legitimo cursu & Joh. Fichard. *tom.* 2. *cons.* 47. *n.* 3.

2 Bonitas pecuniæ principaliter consideratur respectu cursus, A cursu dicuntur cursores quivis, ut Postæ, Postbotten Cameræ Imperialis (Cammerbotten) judiciorum Gerichtsbotten / qui Francofurti ad Mœnum (Moguntinensis diæceseos) etiam Schultheissen botten appellantur, *de quibus in Reformat. Francof. part.* 1. *tit.* 9. §. 1.

3 ab ejus enim metu maximè dependent, qui sacrâ vice præturæ officio ibidem fungitur, deß H. Reichs Stattgerichts zu Franckfurt Schultheiß & in privilegiis Francofurtensibus.

Vide Privilegia Imperator. Ludovici de anno 1333.

Caroli de anno 1449. 1350. & 1366. die S. Barbaræ & S. Catharinæ data.

Deß Keysers Amptmann / h. e. Locum tenens Cæsaris nominatus, quum Imperator, prout aut sibi tanquam capiti, aut Imperio ut corpori, aut civitati illi ut membro, salutiferum, vel etiam alia ob emergentia & circumstantias, quas vel temporis vel rationis sinistra conditio propalare vetat, necesse autumat, vel ipse constituere, vel ut è scabinis & senatoribus ibidem eligatur & in

in aula Imperatoria confirmandus detur permittere creditur: & certè ut hæc facias, sæpè & justitiæ & sacratissimæ suæ Majestatis & Electorum aliorumque Principum vicinorum magni interest, ut habent literæ ad S. Cæs. Maj. huius Præturæ seu Sculteratus causa, ante aliquot annos à magno Imperii Principe valde prudenter exaratæ. Sed ut, unde sumus parum digressi, redeamus, cursum Herodotus vocat ἀγγαρήϊον δρόμημα, lib. 8. hoc est, pernix cursus, unde Angariæ & parangariæ nomen in libris juris manavit, ut Angaria sit munus, præstandi equos ad cursuram publicam, parangaria verò aliò versum. 4

l. 2. C. de Episc. & cl. l. ult. C. de Fabricens. lib. 11. Cujac. ad rubr. C. de Curs. publ. lib. 12. Guilh. Tyrensis *pontifex lib. 5. belli sacri. c. 19.*

Alciato teste, angariæ, sunt munera quæ in operis personarum versantur; sicut parangariæ, in quibus aliquid etiam impensæ fit, Frohn/ Folge/ Rayse.

ut interpretatur Autor deß gründlichen Berichts der Statt Friedberg/ Stand/ Regalien/ *&c. contra* die Burg daselbsten *pag. 57. adde indic. in voc. consilium.*

Itaque, ut idem ait, omnia munera quæ à militibus fiunt, ut sunt vigiliæ, itationes & gestationes in usum belli & similia, angariæ seu parangariæ, eò quòd necessitate urgente hæc munera subeantur, dici possunt, da man der Obrigkeit mit Wagen/ Pferden / Schiffen und dergleichen uff begebenden Nothfall dienet. Casp. Klock *de contribut. c. 1. n. 136.* De iis Frideric. Martini *de jur. cens. c. 2. n. 2.*

sic habet: Census publicus in canonem, obligationem & indictionem distrahitur, ex his tribus pensitationum generibus ærarium Rom. Reipubl. constabat *teste Covarr. lib. 1. resolut. cap. 12. num. 2.*

Canon dicitur pensitatio publica ordinaria, uniformis stato tempore, puta quotannis, singulis mensibus recurrens, cuiusmodi sunt portoria, vectigalia, indebita vulgò Ungeld / tributa vulgò Steuer / angaria vulgò Frohndienst mit Roß und Wagen / Zasius *in l. idem Iulianus §. hæres. ff. de legat.* 1. Gail, *lib. 2. observ.* 52. *num.* 9.

Talis angariæ, at satis diræ exemplum memorabile Philippus Camerarius sua ætate contigisse tradit. *Centur.* 1. 86. *pag.* 400. *oper. subcis.*

His verbis: cùm quidam multis imprecationibus & execrationibus subditos suos miserè afflixisset & coegisset, ut arcem suam durissimis laboribus ædificarent, eosque inter laborandum & alias nullo alio nomine quam canes suos appellaret, nondum ædificio absoluto in gravissimum morbum incidit, cumque nondum ab imperando & subditos canes suos appellando desisteret, Deum ita offendit, ut prorsus elinguis fieret, nullaque articulata humana vox, sed solum latratus caninus ab eo exaudiretur. De vero Angariorum etymo è Persiæ linguæ fontibus videndus Janus Drusius *lib. 1. annot. in nov. Testam. fol. 16. & seqq. ut & Ludov. Molina è Soc. Iesu de tribut. disc.* 661.

661. in fin. ubi dicit, angariari idem esse ac sumere aliquem, ut tanquam mancipium vel jumentum aliquid bajulet. *adde ad Matth. cap. 5.* Klock *ibid. n. 163.* Pro vitæ Apostolicæ nota, inter alias habet è sacris Claudius Salmasius in doctissima dissertatione de fœnore trapezitico, quando dicitur, ἀγγαρευόμενος προςίθει, i. ad angariam, quæ à te exacta fuerit, etiam addito, ut plus facias quam à te postulatum est ; quod ex Dominico illo, apud Matthæum 5. cap. præcepto: καὶ ὅςις ἀγγαρεύσει σε μίλιον ἓν ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο: hoc est, qui te coëgerit angariam ipsi præbere per unum milliare, vade cum eo duo millia passuum. hoc est planè ἀγγαρευόμενον προςιθέναι. Hæc est ἀγγαρεία de qua Arrianus in Epicteti dissertationibus, ἂν δὲ ἀγγαρεία ᾖ, καὶ ςρατιώτης ἐπιλάβηται ζώου σοῦ ἄφες, καὶ μὴ ἀντίτεινε, μηδὲ γόγγυζε: si angaria sit & miles apprehendat animal tuum, ne renitaris aut obmurmures. Perperam interpres, si abdicaris in servitutem & capiaris ab hoste, nil tale sonant illa verba. Et notabis obiter: ἐπιλάβεςαι ζώου, esse animal apprehendere & capere, ne cum critico sacro ἐπιλαβόμενος apud S. Lucam accipias pro μόνον ἁπτόμενος: qui Græcè nesciret, ita sanè interpretaretur. Angariæ autem locus erat, inquit porrò Salmasius, præcipuè expeditionis tempore, h. e. ut Græci JC. loquuntur, ἐν καιρῷ ςρατοπέδου, cum exercitus per vias militares transibant, tum jus erat militibus capiendi ex municipiis & villis viæ militari proximis animalia ac jumenta ad vehendas sarcinas suas: quod cum

 face-

facerent, ἀγγαρεύειν dicebantur, & ἀγγαρεύεσθαι qui hoc cogebantur pati, id est, angariari. Inde angari etiam usurpata pro vehiculari cursu, & clavulari, quem Græci πλατὺν δρόμον & δι' ὀχυμάτων vocant. Et eâ ratione Angaria à veloci cursu, i. ὀξεῖ δρόμῳ distinguebatur, quem nos Postæ nomine hodie indigitamus. Quia enim rustici jumenta tantum habebant ad vehicularem cursum idonea, ut boves & asinos, ideò Angaria de clavulari cursu sive vehiculari aliquando propriè usurpatur; aliàs Græci recentiores etiam ἀγγαρείαν pro ipso transitu & evictione per viam publicam acceperunt. At veteribus ἀγγαρεία ipsa est δουλεία servitium vel opera quæ ab in vito præstatur. Angariabantur autem homines vel in proprio corpore & persona, vel in suis animalibus quæ præstare ad angariam adigebantur. In persona propria ut hic in Evangelio καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν; & apud eundem Matthæum c. 27. de Simone Cyrenæo, quem milites Christum ducentes ad bajulandum ejus crucem per angariam coëgerunt: hæc personalis angaria dicta est infimo Latinitatis & barbaro ævo *Manopera; quæ ad vehicula præstabatur, Curropera*.

Retinuit verò interpres S. Matthæi novatum illud vocabulum angariare, quia Latinum nullum habuit, quod Græci vocabuli vim exprimeret; pro illo tamen nos dicere posse adigere, adigere ad currendum, ad ferendum aliquid & Angaros Persis dictos fuisse quos hodie, die Post nuncupamus, tradit Rudolph. Goclenius in Latinæ linguæ observat. Angarios & Parangarios in-

inquiunt Budæus *in l. eos qui ff. ad L. Corn. de falſ.* Alciatus *ad t. t. C. de Curſ. publ.* & Pacianus *conſ. 161.n.3.* Galli poſtas vocant, quaſi poſitos collocatosque certis in locis & ſemper in procinctu excubantes *vide Medull. Lexic. jurid.* Jac. Lampad. *de conſt. Imp. Rom. Germ. part. 1. n. 56. & c. 19. n. 19.* Angarias, Parangarias ut & Plauſtrorum naviumque præſtationes juri armorum adſcribit, inque Cæſaris ait manu eſſe. Hæc omnia de celeritate, præ qua alias tria nulla feſta perhibentur 6
celebrare, uſura, ſcabies, & inordinatus amor

ut ex Schurpff. Chriſtoph. Cruſ. *de indic. delict. part. 3. c. 17. n. 21. & ex hoc* Wilh. Ant. *de reſcr. morat. tit. 9. concl. 63. n. 28. memor.*

unde, quoad uſuram Joh. Servilius in not. Marginal. ad epit. pag. 280,

ait: of wy ſchlapen / off wacken / altiit loopen; quo ſpectat proverbium, θᾶττον ὁ τόκος ἡρακλείτῳ περίνεω τρέχει. i. uſura Heraclito Perineo currit celerius,

Joſeph. Lang. *in polyanth. nova, verbo uſura. ſtatim in veſtibulo.* Hering. *de Fidejuſſ. c. 22. n. 42.* Pet. Gregor. *in Syntagm. jur. lib. 17. tit. 12. n. 7.* Eraſm. *ch. 2. centur. 6. adag. 91.*

Et illud Ovidii lib. 2. de art. amand.

Qui puteal Ianumque timent, celeresque calendas
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Ubi *celeres calendas* vocat, quod voto & deſiderio debitorum celerius redeant & uſurarum incrementum afferant, Beſold. *in theſaur. pract. litt. M. verbo* Monat.

Hinc & usura dicitur belua ἀργυρογόνος per menses & dies procedente tempore argentum seu pecuniam gignens, Suid. *ex* Aristoph. *in nubib.* Christoph. von Hagen *de us. usurar. c.* 3. *n.* 24. censeo ego tribus dictis meritissimo jure adhuc unum addi posse, Famam nempe, de qua Virgilius *lib.* 4. *Æneid. & ex hoc Alphons. de Azevedo cons.* 30. *n.* 30.

Fama malum quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Cursus equestris in Germania usitatus.*
2. *Posta ubi navigio currant.*
3. *Ubi veredo.*
4. *Pedestres Postæ in Italia.*
5. *Cursores eximii.*
6. *An splenis seu lienis exsectio ad cursum fieri possit.*
7. *Cursus pedestris, equestris, curulis, navalis &c. inventio.*
8. *Stratores viarum qui fuerint.*

Fit autem omnis cursus quadrupliciter, vel pedibus, vel equo, vel curru, vel navigio, *(a)*

(a) Quatuor hi modi apud Postas sunt usitati, quamvis equestris ut aptior & magnificentior, ita sit cæteris usitatior. Quò porrò ob vias valdè salebrosas ac periculosas equo perveniri non potest,

reſt, pedeſtri magis utuntur curſores, & ubi res quoque aliæ, quas equis non facilè imponere licet, aſſumendæ ſunt, rheda, curru ſeu cyſio & quadrigis vehuntur, Denique mari vel alio flumine navigia & tabellariæ naves in uſu ſunt. *Vide* Beneven, Straccham, *de Naut.*

Sic mari Poſtas Venetorum Reſpulica inſtituit verſus Orientem (*Levante* vocant Itali) ut Alexandriam ſeu Cayrum, (ubi conſulem ſeu Legatum ſuum habent) item in Thraciam, ut Conſtantinopolim, multaque loca alia. Idem fit ubi literæ ex Hiſpania in Siciliam, Melitam, Africam, Sardiniam &c. vel è contra; aut ex Anglia in Germaniam, Galliam, aut Bruxellis Antvverpiam &c. ſunt deportandæ. Navigii uſus ad poſtam eſt quoque Ferrariâ Bononiam, licet fortè non tali curſu citatiori, quali Lubecenſes olim per naves fortiores opportunitate venti utentes catenam ferream illam, quâ Rex Daniæ Woldemarus II, & Holſatiæ Comes Fluvium Travam occluſerant, plenis velis interrupêre, atque vadum ita apertum curſui reddidêre. unde Poëta Joh. Angel. à Werdenhagen *de rebus publ, Hanſeat. part. 3. c. 12. edit. Francof.* 2

Sunt auſi vada clauſa citâ decurrere puppi.

Curru ſeu Rheda & quadrigis Poſta fit in Italia, Mantuâ & Parmâ Mediolanum; Mediolano Venetias; in Gallia, Pariſiorum Luteriis ad Mediomatrices & Argentoratenſes in Germaniam currus ordinarios quoque in Gallia & Hollandia frequentari cernimus, inque Britannia maximè equos cum curru vehi, viroſque fœminas 3

à po-

à postica parte secum ducere. De vehiculis, bigis & quadrigis earumque inventoribus videri possunt Polyd. Virgil. 2. c. 12. A. Gellius 15. c. 30. Textor *in offi.* 16. Calcagnin. Isidor. *lib.* 20. *Etymol.* Ælian. *in var. Græc. vol.* 3. *Cel.* 16. c. 17.

Nec multum hic moramur Ludovicum Vivem aurigas feces terræ, nautas verò maris feces denominantem, uti neque illum, qui in nupero fastuosissimo suo compilamento eos genus hominum plerunque petulans & bibulum vocitavit, siquidem modo ipsi faciant suum officium; de reliquo, *in multis labimur omnes* &c. juxta Heinsium

Quotulus in toto non desipit angulus orbe?

Hinc Germanis adagium? Welcher Fuhrmann macht nicht einmahl eine krumme Furch? Lehman *in florileg. polit.*

Tametsi itaque equitum cursus expeditius iter præbeat, vehicula tamen minori cum molestia inservire videntur, quæ ideò Augustus per modica intervalla disposuit, Suet. *in August. c.* 49. non ut passim exhiberentur, quod per Adrianum demum factum, inde *cursus fiscales*, sed tantum ut per litteras & veredarios celerrimè & extemplo cognoscere posset quod ubivis gereretur. Schilt. *in Sueton. d. l.* inde vehicularis cursus *l. ult. §. 4. de muneribus & honorib.* & apud veteres vehiculi genus etiam Clabula erat, inde cursus clabularis Cujac. *ad l. 22. C. de Curs. publ. l. 2. & 5. C. Theod. de curios.* Ammian. Marcell. *lib.* 20.

Similiter Chinenses velifero curru & Finlandi

iandi vehiculis sive rhedis quas animalia rangifera domestica (sunt enim & sylvestria) Renntḣier appellata, trahunt, utuntur. Domestica hæc inquit *Olaus Magnus* lib. 17. currulibus plaustris aptantur, optimeque gravissima plaustra per rura camposque dedücunt; res scil. preciosarum pellium & pannorum, piscesque diversæ speciei continentia; eò quod pro majori parte Lappones, ichthiophagi sunt, inexhausta fertilium aquarum piscatura viventes. Qui verò his curtibus præfecti sunt, vulgari gentis nomine Quenar appellantur, singulis diebus, si ita beneplacitum est, aut necessitas exigit, centum & quinquaginta millia passuum, hoc est, 30. milliaria Gothica sive Germanica conficientes; cursusque eorum animalium non minoris gravitatis quam equorum reputantur.

Pedestris Posta, in Italia frequentior ac in 4
aliis locis esse videtur, ordinario epistolophoro Mantuâ Genuam, Genuâ Parmam, Mediolano Ravennam & Alexandriam (della paglia) Anconâ Bononiam misso. In superiori Sicilia i. Regno Neapolitano, hoc Postæ genus alias est usitatissimum, præsertim quando litteræ Narsiam, Visiam, Casiam, Aquilam & quasdam civitates alias sunt perferendæ, nec minor diligentia perficiendo huic itineri, quam in Germania aut Gallia equestri collocatur, uti quidem fas est, non enim comperendinandum, ubi festinato est opus: id quod egregiè animadvertit qui Gloriosissimi Caroli V. Imperatoris electionem primum denun-

nunciavit; novem enim diebus Francofurto (Imperatoris Electioni Sacro) Barcinonem pervenit; nec non illi praecones qui è Poloponesso, nobilissima totius Europae peninsula Isthmo angustissimo Graeciae annexo, hodieque à Venetis Morea dicta, Adrianopolim Thraciae urbem ad Hebrum fluvium sitam, intra quintiduum excurrerunt, quod alias iter quindecim dierum est *Chalcondylas* lib. 9. Chauueau Heraut du Roy Lovys XII. apporta lettres de Milan à son Maistre estant en son chasteau d'Amboise en moins de trois jours. *Moreau au tableau des armories de France, chap. 2. p. 96.*

Huc non incongruè, ubi plura de velocitate sunt facienda verba, referri posse videtur, quod
5 Baptista Pius *in annotation. suis de Thalo*, eximiae velocitatis viro, quem Jupiter aeneis pedibus finxisse dicitur, habet; Plinius Autor est, Philetam Coum Elegiarum scriptorem tam levis ac gracilis fuisse corporis; ut necesse fuerit pedes ejus plumbo aggravare ne à vento raperetur. Raimundus per suam Cabalam asinos docere voluit tripudiare & citatum cursum agere. Suidas *in Indaco* memorat, Indacum quendam sub Leone Caesare successore, fuisse, laevâ manu robustiorem, sed valentissimis pedibus & celeritate praestantem, velociorem Euchido, Assopo, Chrysomazo, Echione & aliis pedum celeritate celebratis. Is, inquit, in eundo conspiciebatur & rursum evanescebat fulguris instar per prae-

cipi-

cipitia, non currenti magis quam volanti similis; quam enim viam homo mutatis equis perficere non poterat, eam hunc pedibus suis perficere asserebant. Narrat & idem Suidas *in Hippia* Philippidem cursorem nocte una mille quingenta perfecisse; Plinius ait hunc intra biduum spatium 240. milliarium, nempe Athenis Lacedæmonem usque peditem percurrisse, cujus cursum Lipsius *cent.* 3. *epist.* 59. per stadia 1260. milliaria Romanorum $157\frac{1}{2}$ Leucas 40. explicat, ubi plura cursorum peditum exempla extant: Alexander ab Alex. *Genial. dier. lib.* 2. *c.* 21.

Heraclitum Perineum ob celeritatem in admiratione fuisse, unde & proverbium Græcum, de usura cujus in proximo theoremate facta est mentio. Invenit Theodosius Imperator *teste* Cassiodoro, *officior. lib.* 14. *Sacr. hist.* quendam virum animo habituque corporis fortissimum, qui tanta velocitate agebat veredos, ut triduo ad Romanorum Persarumque pervenerit terminos & totidem rursus Constantinopolin remearit. Præter hujusmodi cursores & alii, sed equites Sultanis Osmanicis in deliciis sunt, de quibus Leunclavius recentem enarrat historiam, solebat inquiens, Murates III. Turcarum Imperator mutos equis prægrandibus & ob corporum molem tardis imponere, cum ipse maximè agilibus ac præsertim Arabicis uteretur, & modò in hunc, modò in illum provectus, nervi bubuli (carabatra ipsi vocant) verberibus tam mutos, quam equos eorum

rum cæsos, ad cursum impelleret. At in hoc ludo correptus comitiali morbo sibi familiari, tam gravi lapsu ex equo decidit ad pavimentum allisus, ut omnino per urbem vel jam moriturus vel mortuus crederetur; *in supplement. annal. Turcicor.*

De cursoribus à pedibus aliorum Turcicorum Imperatorum Henric. Müller in historia Turcica *part. 4. lib. 2. c.* 18.

Sequentia notat: Deß Türckischen Keysers Lackeyen gehen und springen allezeit vor ihrem Keyser herein; fort auff den Zähen der Füssen/ ruhen nimmer / ob wohl der König den gantzen Tag reisete / und bey weilens wann er auff der eben/oder etwan in einer Wiesen reit / wenden sie dem Keyser das Angesicht zu / gehen hinderrucks und schreyen Allau dieckerin, das ist/ Gott erhalte unsern Herrn lange Zeit in dieser Macht und Gewalt / treiben auch noch andere liebliche Kurtzweil mit Worten/ besprengen die nechste umb den Keyser mit dem wohlriechenden Wasser / daß sie in der lincken Hand tragen/ ziehen ohn unterlaß mit den Herrn / wohin er reiset/ auff daß/ wann er etwan Schrifft oder Bottschafft abfertigen will/ sie allezeit für den Handen seyen / und so bald einer Bottschafft lauffen soll / und den Brieff in die Hand bekompt/ rufft er mit heller Stimm Sauli, Sauli, das ist / weicht / oder wie man sagt / auffsehens / und wann er davon soll / laufft er durchs Volck so hurtig und behend / als obs etwan ein Hirsch were / können also Tag und Nacht stehts aneinander ungeruhet lauffen / im Mund tragen

sie

Aepflein oder Kügelein von Silber/ ist durchboret/ daß sie Athem behalten/ und lauffen ein Tag weiter als kein Klepper. Man hat befunden/ daß einer von Constantinopel gehn Adrinumel und wiederumb in 2. Tagen gelauffen ist/ das sonsten einer mit einem Pferd in 3. Tagen nicht thun kan/ wie sehr er auch reitet.

Speidel. in Notabil. voc. Lackey/ Iphiclus inquit, *Appollonii* interpres

Phylaci creditur, & Clymenes filius, eum, cecinit Hesiodus, tantâ fuisse corporis agilitate ac pedum celeritate, ut curreret ὑπὲρ πυρίνων ἀθέρων h. e. super triticeas aristas, nec oblæderetur. Demaratus verò etiam per mare incessisse prodidit, inde natus adagio, ut Iphicli agilitatem pro celeri inexpugnabilique usurpemus. Meminit Iphicli hujus Argonauticôn primo Apollonius eo versu:

οὐδὲ μὴν ὁ Ἴφικλος Φυλάκῃ ἐνὶ δηρὸν ἔλειπτο.

Prætereaad notata non indignum est, Iphiclum ab Apollonio tradi Jasona fuisse assectatum in Colchos cum Archonautis properantem

l. 2. §. Senatusconsultum ff. de aleæ lus. & aleator. Lud. Cæl. Rhodig. antiq. lect. lib. 5. c. 5.

Ipse Deorum Nuncius Hermes seu Mercurius, qui ad velocitatem talaribus uti fingitur; & Ladas quem Solinus c. 6. scribit inter currendum ne vestigia quidem arenæ impressisse. Aristius item Sacon & Philonides Alexandri Magni cursores, à Sycione Elin usque ducenta stadia uno die transierunt. De pedestribus cursoribus facetum illud Vespasiani responsum apud Suetonium: Vespa-

sianus enim Classiarios qui ab Hostia & Puteolis Romam pedibus cursitant petentes constitui sibi aliquid calcearii nomine; quasi parum esset sine responso eos abegisse, jussit posthæc excalceatos cursitare; & ex eo ita cursitant. Græcis pedites, teste Livio dicebantur Hemerodromi (ἡμεροδρόμοι) qui ingens uno die spacium emetiebantur. Lasthenes Thebanus tàm eximiæ fuit pernìcitatis, ut à Chomero Thebas usq; cum equo cursore contenderit & victor fuerit Majori miraculo visum est quod Plinius recenset novem annorum puerum à meredie ad vesperum quinque & septuaginta passuum millia præcipiti celeritate confecisse: quod penè à fide devium & dictu mirabile plerisque visum est. Troglodytas & extimos Æthyopas nativa quadam pernicitate tantum valuisse, ut fugacissimas feras rapido cursu assequi non dubitarent, tradit Alexander ab Alexandro, *lib. 2. dier. Genial.c.21.*

idem de illis qui sub Delphini Sydere in lucem editi, narrat, eos nimirum præcipua pedum pernicitate valere, prorsus ut admirabile videatur quàm pernici cursu & quam volucri meatu magna terrarum spacia brevi intervallo emensi fuerint. Quamvis plerique Physici rerum non ignari, quod his splen deficiat propterea cursu valere contendant; constat enim quanto minor in corporibus splen foret, tanto perniciores homines esse. Hinc Ladas ille cursor apud authores tantopere celebratus memoria dignus fuit, qui longum itineris spatium cursu tam citato emensus est,

est, ut nulla pedum vestigia extarent, ita ut sæpe visum falleret. Verùm non inaniter hîc quæritur, utrum splenis seu Lienis exsectio sine damno 6.
hominis ad majorem pernicitatem faciat? Plinius quidem

lib. 11. nat. histor. c. 37.

& ex hoc alii lienem cursoribus, cum impedimentum iis afferat, eximi posse scribit, verùm rectè Cælius Aurelianus *lib. 3. Chron. pass.*

ait, Lienem exscindendum vel mendum esse, voce quidem dictum fuisse non officio completum: cùm enim tot insignes arterias habeat, id sine periculo fieri non posse, manifestum est; & omnes chirurgi in hoc consentiunt, quod Lienis vulnera periculosa imò sæpè lethalia, si non alia de causa certè ob sanguinis effusionem, cùm lien multas arterias & venas habeat: Unde de periculo vulneris judicandum è loco in quem vulnus inflictum. Si enim solum substantia Lienis & ejus superficies vulnerata est, vulnus tale non necessario lethale est: si verò ipsa Lienis magna vasa sint vulnerata, vulnus lethale habendum.

Dan. Sennert. l. 3. part. 4. c. 7.

Johann van *Horne in Anatom.* seu Miscrocosm. Lienis exsectionem fabulam esse audacter asserit, cum quibus saniores Medici & Chirurgi faciunt.

Quemadmodum verò Nuncii pedites, pro epistolis, quibus res gravissimæ commendari solebant, 7.
ultro citrò mittendis celeriter, & tuto, à veteribus

excogitati sunt, ita & equites, Currules & Navales. De equestribus cursoribus Martialis:

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo.

Ausonius:

Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum.

Isidorus verò ait, veredos dictos, quòd currant per publicas vias; per quas rhedis etiam curri est solitum; An ex φέρομαι & ἱδὸς h.e. impetu curro viam vel â veho & rheda, veredarius, qui veredo facit iter ein Postreuter, sicut veredus ein Post-Pferd/ Post-Roß/ & Græcis sanè equi veredi à cursu, Dromanarii, ut Cassiodorus eos vocat, &c. qui ibidem eos quoque appellat equos cursuales, epistolâ ad ad Godiscalcum Sajonem. Jurisconsultis dicuntur subinde Paraveredi & Parangari, sicut à cursore quodam Palladio, equi palladii sunt nominati. Is enim, autore Cassiodoro, *lib.* 14. *Histor. sacræ*, tantâ velocitate veredos egit temporibus Theodosij, ut tribus diebus veniret ad terminos Persarum & Romanorum, & rursus totidem remearet Constantinopolim. Equorum per certas stationes dispositorum usus, uti ex Cyri instituto antiquissimus, ita Cæsar attestante Plutarcho die octavo ab urbe ad Rhodanum venit. Mithridates equis mutatis mille stadia unico die confecit, & Hannibal biduo & binoctio tria stadiorum millia emensus dicitur.

Curribus usos subinde esse cursores, testes sunt, Isidorus supra citatus de Rhedis, Julianus qui sic in epistolis scribit: Ducet te publico cursu uno

uten-

utentem vehiculo. Suetonius *in Augusto* Juvenes primò modicis intervallis, dehinc vehicula disposuit. Herodianus lib. 11. Commilitiones ingenti studio vehicula urgebant, quasi Macrino adhuc rerum potiente, de magnis rebus mitterentur.

Optandum hic esset ut Stratorum officium in Germania revocaretur, quo iter facientes cum majori commoditate, & Veredarii minori cum damno ac ampliori lucro possent cursus absolvere, longè plus enim propter itinera corrupta perdunt, quantum viarum complanationi posset impensè sufficere. Erat autem stratorum munus, ut curam pontium & itinerum haberent viasque interruptas ordinarent & complanarent. Quamvis autem officium stratorum in hac significatione olim exercitum commodè deducendum tantùm respiceret, 8.

Perez in C. ad tit. de Stratorib. lib. 12. Coras. ad l. 4. ff. de off. Procur. n. 5.

Si tamen iidem hodie bono publico & viis regiis communiter consulerent, non deesset operæ pretium, cum etiam aliàs Status Imperii debeant jure viarum publicarum curam habere.

R. A. *de anno* 1548. §. **ferner Landfried** *&* 1555. §. **nachdem aber.**

unde olim certi magistratus constituti fuere, qui ob id Viocuri h. e. viarum Curatores dicti sunt,

Paul. sent. 6. §. 2. Frider. de Interd. tit 3. n. 19. l. un. pr. ff. de viar. publ. & si quid.

Sumptus autem ex ærario publico sunt desumen-

 di,

di, qui si deficiant, incolæ conferre tenentur, neque SS. Ecclesiæ ab hac collatione eximuntur.

lib. 7. C. de SS. Eccles. l. 4. C. de privat. dom. Aug. l. 11.

in Gallia Vio curi dicuntur Maistres des ports, passages, & Cemins.

Tholoss. in Synt. l. 3. c. 13. n. 5. L. Coch.

De navigiis cursorum, Sidonius Apollinaris: Typhim cursoriam navim conscendi. Seneca *Epist. 78.*

Tabellarias naves vocat, quæ adventum vicinæ jam classis prænunciabant. Sic sunt navigia seu naves vectoriæ seu vectorum ductrices *l. 1. §. 11. de exerc. act.*

in Germania inferiori & septentrionalioribus partibus vocatæ Fehrschütten / Treckschüiten / Jagten / Gallioten / pacquet Booth / quæ inter Angliam, Galliam ac Hollandiam ac inter Bataviæ civitates modico precio maximum usum præstant. Quod etiam in superiori bello Danico innotuit, cum enim terrestres cursus à Suecis essent impediti cursoriæ naves Hafnia Lubecam & itidem Svecorum ex Falstria Varnemundum & Vismariam frequentissimè remeabant, *Coch. in Disp. inaug. th. 29.*

Hæcce quadruplex cursorum usurpatio vocata cursus publicus. Item caballatio (*de annon. militar. lib. 12.*

cui fus fiscalis, quod ejus cautio ad quæstorem fisci pertineret, in Hadriano Lamprid. cursus clavicularis apud Ammianum *lib. 20. & lib. 2. & 5. C. Theod.*

pro

pro quo in Cod. Justinianæo mendosè legebatur Ambularis cursus, observante Cujacio, qui ait clavicularem seu clabularem dici à clabula, quod est vehiculi genus. Brissonius in Calvini Lexico fatetur, nescire se quid sit Clavicularis cursus, putatque non graviter aberraturum eum, qui legeret caballarem cursum; nam & caballicationes & caballicatas legimus, inquit *apud Luitprandum in histor. suorum tempor.*

Turneb. *lib.6. adversf.c.34.*
clavularem cursum vocat cursus publici genus, quod militibus caligatis concedebatur, eorum enim caligæ erant clavulis confixæ.

Cursus aliàs inter certamina eaque permissa etiam à Romanis fuit numeratus & pugillationi luctæque posthabitus, ut ex Plutarcho liquet, *l.11. Sympos. qv.5.*

Apud Platonem *lib.8.de LL.*
reperitur, viros, juvenes, virgines, pueros, mulieres omnesque & nudos & armatos ad currendum exerceri debere, non in stadio solùm, sed & in dolichio; in diaulo, & in ephippio. Autor est Pausanias *in Eliacis.*

Eleos cursuum certamen instituisse. Laudat ob hanc cursus excellentiam nonnullos Alexander ab Alexandro, *dierum genial. lib.2.c.21.*

De cursus inter Hippomenem & Atalantam concertatione, habet Ovidius, *lib.10. metamorphos. idem facit Sidonius.*
de Camillæ Volscorum Reginæ celeritate: Virgilius, *lib.7. Æneid.*

I 4 laudat

laudat & in genere cursum Hieron. Mercurialis Medicus celebris

de arte Gymnastic. lib. 2. c. 10.

Cæterum, quæ in Germania Postarum sit dispositio, quo quæque die vel hora abeat aut redeat, è peculiaribus Postarum magistrorum delineationibus & Schedis, quas vulgò edere solent, intelligi potest. Prostat generalis illa Relatio delli giorni ordinarii che partono & arrivano in Venetia lettere insieme con li giorni che giongono fuori, dove sono destinate, &c. raccolta nell' da Mandricardo Benroni corriero per la Serenissima Signoria di Venetia.

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Postæ quorum esse dicantur.*
2. *De postis privatis remissivè.*

ET hic quadruplex cursus, primùm est vel Imperatoris seu Imperii, vel Regis vel Principis, vel Reipublicæ: deindè est vel publicus vel privatus. Tertiò, vel ordinarius vel extraordinarius. *(a)*

(a) Da-

(*a*) Datâ hic unâ divisione, necessariò ferè sequuntur tres reliqua. Quod verò ad Imperatoris Käyserliche Reichsposten/ cæterorumque superiorem nisi DEUM non recognoscentium Magistratuum Hoffposten / Landposten / cursus seu Postas concernit, de iis in Cap. 3. facta est sufficiens, uti re- 2.
or, mentio. De Postis verò privatis seu Magistatuum inferiorum, quales sunt civitatum Imperialium, & horum subditorum; & Extraordinariis, Metzger-Posten / Neben-Botten / Kauffmans-Posten/ (cùm nos hîc de publicis ac ordinariis potissimum agere instituerimus) infrà in loco cognatorum cap. 19.

CAP. IX.

De
Causa formali.

SUMMARIA.

1. *Cursus publicus qualis sit.*
2. *Quo jure habeatur.*
3. *An omnibus indistinctè Postis uti sit concessum.*
4. *Hodie cursus publicus etiam in privatorum commodum adhibetur.*

QVando hic Cursus, Monarchæ vel summi Magistratûs

authoritate instituitur (*a*) certoq; Privilegiorum genere munitur & vallatur, (*b*) cursus publicus demum dici meretur (*c*) aque omnibus negotiis aliis (*d*) distinguitur.

(*a*) Veluti è cap. 3. patet.

(*b*) Quæ infrà cap. 18. recensebuntur.

(*c*) Quemadmodum servitus per se considerata est qualitas, *L. quid aliud. 86. ff. de V. S.* & sic non in patrimonio nostro, uti nec alia accidentia; ut verò cohæret prædiis dominantibus & servientibus in patrimonio nostro esse dici potest, sicut & ipsa prædia quibus cohæret: ita & cursus per se consideratus simplex tantùm est affectus, ubi verò à summo Magistratu privilegiatus existit, & publicæ utilitatis gratiâ ad expedienda negotia celeritate publicâ indigentia, ad tradendas litteras adhibetur; cursus majoris momenti est, & res longè alia.

1. Atque ita Postæ forma alia est constituendæ, alia constitutæ, illa vel jure proprio vel alieno beneficio fit; modo utroque Majestatis jus postarum institutio præsupponit, quoniam Regalibus annumeratur, Majestatis effectum designantibus.

Reink.

Reink. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 117.

Majestas autem vel ordinariè vel extraordinariè acquiritur; ordinariè Successione & Electione quarum illam hac pacatiorem relinquere Reip Statum ajunt; hanc multarum simultatum genitricem esse. Extraordinariè Emptione, Matrimonio, permutatione, donatione, occupatione & præscriptione, dummodo justa belli causa fuerit, vel amittentis acccesserit consensus.

Limn. capit. Carol. V. p. 176. n. 16. 17.

Hæc præscriptio juris gentium est,

Hugo de Roy, de eo quod just. l. 3. t. 2. n. 3.

L. Coch. d. loc. th. 33.

Et ex his iterum clarissimè apparet, quod si Imperii Principes vel Comites & Civitates jus Postæ qualecunque habent, id vel jure proprio, hoc est, ordinario habeant, vel alieno. i. extraordinario: at non habent jure proprio, quia illud supremæ in terris Majestatis est; non alieno, seu extraordinario, quia hoc est vel emptionis vel Matrimonij, &c. Sed nullum horum jurium pro acquirenda Posta habent, ergo. Neque beneficio alieno, hoc est, concessione jus Postarum competit Statibus, quæ fit vel per privilegium, *c. 9. 10. 11. A. B.* 2.

vel per investituram, qua jus Feudi constituitur & acquiritur, 2. *F.* 1. 2. 11.

Germ. eine Belehnung. Vel per præscriptionem, quæ si temporis sit immemorialis

arg. l. 3. §. 4. de aq. quotid & æstiv.

Vim

vim concessionis specialis habet,

c. 26. X. de V. S. Rec. Imp. de anno 1548. §. und soll unser §. wann auch nun außgezogen. §. wo auch innerhalb Menschen c. 15. theor. 3.

Hæc constitutæ ab accidentibus desumenda est ita in officio cursor alacris, in labore indefessus, in expeditione fidelis, ad currendum promptus sit, ut ostendi *infra c. 17.*

(*d*) Multa siquidem negotia velocem seu cursorium equitatum postulant, at equo currere non statim est Postâ uti, sed si utatur quis cum cursore, publico equo, ad rem Postariam seu Cursoriam destinato, eo quo decet & usitatum est modo ac ordine.

3. Quæritur hic: an cuivis quolibet tempore, vel sine superioris licentiâ Postis uti sit concessum? Nemini olim præterquam illi qui sacrum seu Cæsareum haberet diploma, cursus publicus concedebatur, (non secus ac ignes isti de quibus Barclajus *in sua Argenid. l. 1. lib. 1.* sic ait:

collucent in camporum tumulis, publici ignes quos nefas accendi, nisi regio jussu & cùm gerendis rebus celeritatem salus publica imponit,) ut videlicet ante alios omnes quicquid gereretur Imperator sciret. Quo nomine Provinciarum Præsides nisi è gravi causa, privatis diplomata nulla largiebantur, id quod Plin. Cæcil. ostendit, inquiens; Rex Sauromatæ scripsit mihi, esse quædam quæ deberes quàm maturatissimè scire; qua ex causa festinationem Tabellarii, quem ad te cum epistolis misit, diplomate adjuvi. *lib. 10. epist. 14.*

item

item *epist. 121. ad Trajan.*

usque in hoc tempus, Domine, neque cuiquam diplomata commodavi; neque in rem ullam nisi in tuam misi &c. Atque hoc, Alciato teste, Tacitus vult *lib. 2. cap. 54.*

quando ait: causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quæ negligebantur lætiore nuncio reviviscerent. Unde Venulejus JC. non debet, inquit, felici diplomate usus omni tempestate contemptâ continuare iter diebus ac noctibus. Diploma ἀπὸ τοῦ διπλοῦ quod in charta duplicata scriptum, idem fuit initio, quod nunc literæ queis tabellariorum festinatio promovetur; Imperio autem constituto, promiscuè nomen illud pro rescripto principali usurpatum est, ut in Suetonio Nerone XII. Diplomata civitatis Romanæ singulis obtulit, de quibus Seneca beneficiorum VIII. video isthæc diplomata & syngraphas & cautiones & vacua habendi simulacra. In juris civilis libris diplomata plerumque evectiones vocantur, ut in nostro tit. l. 12 de Curs. publ. *l. 3. 4. 6. & seq.*

Facultatem hujusmodi diplomata impetrandi. Tractoriam Cœlius vocat quæ (ut eam definit,) *lib. 21. c. 24.*

est licentia utendi equis publicis cursorum.

Dabatur porrò hæc licentia scriptis tabellis testimonialibus, ut Vegetius loquitur *lib. 2. c. 3.*

in quibus cursores invenerunt nomen Tabellionum & Tabellariorum. Communius verò ex Tabellæ apud scriptores vocantur diplomata, h. e. duplices tabellæ. Illa quando princeps concede-

bat,

bat, signabat ipse, ut de Augusto, refert Tranquillus, *cap.* 50.

Quando verò Prætores Proconsulesve tribuebant, Principem præscribebant, deinde obsignabant. At horum diplomata, præteritâ scripta die, non valebant; Principis, nisi ad tempus data in perpetuum, i. quam diu Princeps viveret. Instituerat enim Tiberius, ut indulta beneficia à defunctis Principibus Cæsares aliter rata non haberent, quàm si eadem ipsi dedissent, ut Suetonius Tito & Sext. Aurelius retulerunt. Ex eo instituto descendit, quòd diplomata Otthonis mortui negligerentur; horum autem multa Imperatores mittere solebant diplomatum in omnes Provincias, exemplaria, ut iis Præsides, quando usus venisset, uterentur, ac scripto illorum nomine quibus commodabantur, quod ex ejusdē Plinij lib. ad Trajan. *Epist.* 54. hauritur: Diplomata Domine, quorum dies præterita, an omnino observari & quamdiu velis, rogo, scribas, meque hæsitatione liberes. Vereor enim ne in alterutram partem ignorantiâ lapsus, aut illicita confirmem, aut necessaria impediam. Ad quæ rescripsit Trajanus: Diplomata, quorum præteritus est dies, in usu esse non debent; ideo inter prima injungo mihi ut per provincias ante mittam nova diplomata, quàm desiderari possint.

Cicero: *lib. 10. ad Atticum.* De diplomate admiraris? &c. ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere)

cere) eò te habere censebam, & quia pueris diploma sumpseras. Capitolinus *in Pertinace.*

Præfectus cohortis à M. Aurelio Imperatore,&c. Quôd sine diplomate cursum usurpaverat,ab Antiochiâ ad legatum suum ire coactus est. Et rectè item Capitolinus de pœnâ non accepti diplomatis; quam gravissimam fuisse docet Cassiodorus,*lib.5.*
his verbis: Excedentium improbam præsumptionem tali te præcipimus districtione resecare, ut sive Gothus sit aut Romanus, qui sine nostrâ aut eorum, quorum interest, evectione, veredum præsumit attingere, per unũ equum,centum statim solidos à te cogatur exsolvere. Et de illis pari quoque severitate censemus, qui supra evectionum numerum cursuales equos usurpare præsumunt. Hæc igitur ineunda erit ratio: accipiendum à Principe aut Præfecto fisci diploma: hoc ostenso, parochi apud quos per viam dispositi stabulabantur equij, statim novos equos recentesque suppeditabant, ad conficiendum cursum, ut tradit,*lib. 2. de Republ. cap. 14.*

Et hæc erat Autoritas publica, sine quâ nemini licebat uti publico cursu aut esse Tabellario. Eant nunc Hippolitus à Lapide & alii aliud clamantes. Dabantur diplomata omnium maximè Legatis quasi exploratoribus, & qui de diversis gentibus ad Principem properabant, *l.his C.1.Curs. publ.*
& ducibus in provinciam sibi decretam proficiscẽtibus, *l.nemo ibid.*

vel

vel quibus Principes, Præfecti Prætorio, aut Magistri officiorum *l. 9. ibid.*
faciebant potestatem. Evectiones, inquit Constantinus, *in lib. 3. d. tit.*
ab omnibus postulentur, & tam judices quàm custodes publici cursus minimè transire patiantur, antequam seriem Evectionis aspexerint, sed & Julianus, *lib.* 4.
Evectionis datæ formam ac licentiam non excedi mandat.

4. Quemadmodum vero primis temporibus (prout infra cap. 12. theor. 2. latius) Reges & Cæsares publicos cursus, in suæ tantùm publicæque rei commodum instituere, nec ulli sine speciali licentiâ iis uti licuit, quod & adhuc in Svecia sedulò observatur: ita hodie gratiâ & beneficio illi privatorum quoque utilitas accessit, cujus intuitu absque Principis vel Superioris licentia multis in ditionibus pleriq; ferè Postæ Cæsareæ beneficio utuntur; ut ita exactior nunc sit cursus publici dispositio, per certa intervalla equis in omnem horam paratis, qui quaquaversum lubet, currant, & exiguo tempore magna nuncii spacia pervolent, quod quanti in omnem causam intersit, quis est qui ignoret? Et sicut Autoritas est apex, pecunia autem nervus rerum gerendarum, ita celeritas sæpè summum momentum rebus prosperè conficiendis attulit. Summam Alexandri Magni eam virtutem fuisse Historiæ tradunt, nec minimam illius, qui de se scribere gestiit, Veni, vidi, vici. Ludovicus XI. Galliæ Rex, qui ferè Patrum ævo veredariorum dispositionem

ſpoſitis per loca equis volantium in territoriis ſuis rem reſtituit, ea tunc arte adverſus Belgas & Burgundos & pupillam Principem cæſo ad Nancium Carolo audace prævaluit, ut Ducatum Burgundicum invaſerit & ad Poſteros in hunc diem transmiſerit, Arteſiam verò aliosque Belgiæ fines afflixerit imparatis omnibus, donec undique concurſum ad pellendum hoſtem, quem pupillæ tutorem eſſe oportebat, quo tempore omnes ad arma idonei ære campano per viginti continuos dies per totam Brabantiam pulſato, ciebantur, ad fines & Principem tuendos.

Franc. Zypæus in tr. de judice. l. 3. c. 19. arbitrar. jud. quæſt. 219.

Verùm enimverò, cum magnus hinc Poſtarum abuſus ſcaturiat, bellique præſertim tempore multa in Principis militiæque ejus damnum ac injuriam cedere queant, taceo, quod equis & curſore publico domo abſentibus, Principis officiarius feſtinans, eos donec revertantur, non ſine gravi incommodo præſtolari teneatur, conſultiſſimum, imò perquàm neceſſarium arbitror, ut in eos qui Poſtis ſeu curſu publico ſunt uſuri, advertatur, atque quam rem gerant, ſtudiosè prudenterque inveſtigetur. Laudandus itaque dignusque mos Aulæ Cæſareæ eſt præconio quando nemini absque ſchedula ſeu Diplomate Domini Pro-Cancellarii Imperii corroborata curſoriorum equorum eſt licentia.

K CAP.

CAP. X.

DE

Fine Generali.

THEOREMA I.

SUMMARIA.

1. *Finis Postarum est publicum commodum.*
2. *Et Cambiorum certitudo.*
3. *Nobiles mercaturâ debent abstinere.*
4. *Nisi ubi aliud consuetum.*

HOc quicquid eſt, ob publicam utilitatem, publicumque incrementum eſt. (*a*)

1. (*a.*) Reſpicit hæc utilitas, quam omnis qui Reip. curam gerit, aut ejus civis probus eſſe debet, intuetur.

Novell. 8. in princ. ibi. quæ util. l. bono publ. 1. ff. de uſuc. l. Imperial. 23. C. de Nupt. Burch. Berlich. de Iur. Noverc. part. 1. art. 4. l. 5.

vel ſummum Principem, ut aut ea, quæ pro inhibendo Imperio, verbo aut ſcripturâ mandata dedit, tanto citiùs curentur, aut de rerum ſucceſſu & aliis neceſſariis extemplò reddatur certior. Id quod è R. I. Norin-

Norinbergæ anno Christi 1522. §. item ist bedacht. Recess. Imper. Eslingæ anno 1526. §. und nach dem Käyserl. Mayest. R. I. Spiræ an. 1542. §. und damit man auch jederzeit/ Solis radiis, cum sudum est, clarius elucet; Siquidem è summi Principis re est, indies cognoscere, probeque exploratum habere; quid in quolibet Imperii angulo & recessu remotiori peragatur.

Limnæ. de Iur publ. lib. 2. c. 9. n. 134. Ioach. Cluten. in Syllog. rer. quotid. concl. 22. lit. b. ad fin.

nam nil quicquam magis è re Principatus esse potest, quàm si Princeps hoc cordi habeat;

Fürstliche Tischreden *part. 1. cap. 46.*

Hac de causa Indorum Philosophorum quidam Alexandrum Magnum admonuit, ut in umbilico Regni sibi eligeret sedem, quòd illic facilius & motus gliscentes compescere & quid ubique geratur, intelligere posset.

Arnis. de Iur. Majest. min. cap. 3.

Deinde ut Cambium (Wechsel) sive purum sive impurum, sive minutnm sive siccum, sive reale,

Ioh Medina de Cam. Thom. de Vio de Camb. Cap. 2. n. 4. Ego in mea stella Notariorum tit. de Cambiis.

debito solutionis tempore effectu fruatur & gaudeat, quod quàm proficuum sit & laudabile, Studiosi in Academiis, quibus ob languentem fidem apud caupones & hospites activos male creditur: Wann die Pursß nichts in Bursa hat / pro aliis loquantur, præsertim ubi morbus hic factus sit fortè amplior. Furibus ergo tantum non planè similes

sunt Mercarores isti, qui Cambium in privatum suum commodum, quò sibi fænebriũ rerum major sit affluentia & congestio differunt, aut lucrũ honesti chrematismi licitiq; quæstus fines transiliens anhelant. Id quod à plurimis fraudis hodiè fieri deprehendimus, de quibus optimè Demosthenes *p. o. Phormione*. Est in mercatu & inter homines pecuniarum quæstum facientes, eundem industrium videri & probum esse, ingens miraculum, &c. hinc postea dubio procul pœnæ divinæ loco cessio à foro, surrectio à mensâ (Germani cum Italis vocant Bancorott, & falliment)

de quibus videri potest tractatus singularis de Fallitis & Banci ruptoribus nuper foras datus. à Ioh. Gotlieb *de libris accepti & expensi.*

3. quæ vivis adhuc metuenda & sive fortunæ sive ipsorummet vitio fiat, famam polluunt, de quo sibi cum primis sublimis facultatis gradu insigniti adeoque Nobiles, quique nobiles Nati, cavere habent

lib. 2. §. ult. ff. de excus. tut. lib. 7. de postul. R. I. Augustâ Anno 1500. *tit.* von Uberflüssigkeit der Kleider / *item de anno* 1530. *tit.* vom Adel. *& tit. seq. R. I. de an.* 1577. *Matthias Stephan. de Nobilit. cap.* 5. *n.* 47.

cum nobilitas à Mercatura obfuscetur.

l. Nobiliores C. de Commerc. & mercator.

Unde Henricus Dux Saxoniæ, electus Romanorum Rex circa annum Redemptoris mundi 954. in torneamentorum articulo penultimo statuit: quicunque Nobilibus ortus Parentibus non ducit vitam

vitam nobilem; sed Negotiatorum Campsorumque commerciis se miscet, is sine verberibus ingredi nequit torneamenti chorum: Theophilus Imperator Augustæ navim ex Mercatura reductam intelligens, nautis, quicquid sarcinarum in ea haberent, statim efferri jussit, & nihil quod ad Augustam pertineret, attingere. Quo facto, pulsis inde nautis Græcoque injecto igne, navem cum ipsis sarcinis cremavit, Imperatricem maledicto insectatus, namcùm me Deus, inquit, Imperatorem designârit, tu me mercatorem facere contendis; scito mercaturam privatis esse concessam hominibus, ut ea tolerandæ vitæ modos habeat: quòd si nos, præter Imperii opes etiam Mercaturæ emolumenta interceperimus, undenam victum comparabunt subditi? *Zonar. tom. 3.*

Mercaturam igitur exercentes nobilitatem perdunt, & deinceps ignobiles habentur.

quam communem esse dicit Schrader. consf. 44. n. 4. cum ibi alleg. Franc. Pfeil *responso 203. n. 34. §. nobil. c. 33. Cæpoll. de Imperat. mil. delig. in materia nobilitatis q. 18. Hyppolit. à Coll. in Principe cap. 35.*

Hinc Andreas Perneder Consiliarius & Secretarius Bavaricus, *in annot. Instit. Imperial. German. p. 253.*

Die vom Adel sollen sich keiner Kauffmans-Handthierung gebrauchen/noch anmassen/ sondern dieselbe dem gemeinen Pöbel lassen. Latinè Nobiles missam faciant Mercaturam ac soli plebi relinquant.

Nobiles proinde qui Reputationis (ut hodie vo- 4.

cant ac status sunt magis observantes, regulariter à mercantili quæstu abstinent; regulariter inquam; quippe extra ordinem exigente necessitate & more populi permittente, veluti Venetiis, Genuæ, Florentiæ & aliis locis aliud solitum. *Tholos.4.c.7.in syntag. Pontan.c.45. Zvinger. 20.lib.3.Ammirat.l.3. Discurs.8.p.84.* respicit denique Postarum utilitas vel universos ac singulos, qui aut litteratum aut aliarum rerum transmissione sibi commodo esse possunt, cùm enim absoluta congrediendi potestas omnibus haut concedatur, hoc utuntur remedio, ut & responsa citiùs recipiant, & occasione oblatâ, quæ volunt celeriùs feliciusque executa obtineant.

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Fortitudo & concordia duo Reip. fulcra.*
2. *Leges quædam in bello observandæ.*
3. *Postæ in bello tutandæ.*

QVo nomine Postas etiam per hostium territoria liberas tenere præstat. (*a*)

1. (*a*) Rectissimè ait Lipsius, duo esse quibus Resp.

Resp. servetur, in hostes fortitudinem & domi concordiam *Matth. 24. cap.* utinam verò hæc undiquaque floreret, & illa minimè, quàm, bellum Christianis etiam licitum sit, esset opus! exploderemus certè illum Homeri versiculum

ἀμφότερον, βασιλεύς, τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

At frustra id optamus, vereor, Salvatoris nostri vaticinio, *Midded.aq.q.Ptolom.5.* aliud edocti. Nec *Meum* & *Tuum* prædulcibus Pacis fructibus semper ali patiuntur, adde quod Pax gignat divitias, divitiæ superbiam, superbia bellum, bellum paupertatem, paupertas humilitatem, humilitas pacem, pax rursus divitias & sic deinceps. Susque deque equidem ferendum esset Imperium vel regnum malitiosis ac inertibus hominibus plenum non secus atq; corruptis scatens humoribus, debito digestivo (pelle vitulina) & catharctico seu purgante suo cujus ingredientia sclopeta, enses, hastæ & id genus alia sunt, evacuari, modò non simul etiam Religio violaretur, Respublica turbaretur, vires frangerentur, opes amitterentur, innocētia vexaretur, improbitas aleretur, omnia rapinis, cædib9, stupris commiscerentur, laxatis pudoris & verecundiæ vinculis, morum sanctitas & castimonia profligeretur, sacra prophanis miscerentur, multa hominum millia injustè trucidarentur, stupra virginibus, & ingenuis mulieribus per vim inferrentur, liberi homines in servitu-

tem abducerentur, omnia ferro, flamma, vastitate consumerentur.

Ast hæc mala malo omnia insunt bello, paucissimæ quæ LL. Constitutiones & quæ his similia, sunt, quæ, etsi medio in bello observatu essent utilissima, vigoris sui jacturam non faciunt, è quorum Censu ipse cursus publicus est, qui tametsi utrique belligerantium parti, nunquam non eximiè commodet, large tamen quandoque impeditur. Ita Axelius Oxenstirn Sueciæ Cancellarius anno 1634. dum in Germania ageret, prohibuit, ne cursor publicus Cæsareus toleraretur, his verbis: Und dann sollen sie/ (die geschworne Schwedische Posthalter) fleissig Acht zu nehmen/ daß keine Feinds-Posten (i. Käyserische) oder Currier bey ihren Posthäusern weder heimblich noch offentlich passiren/ sondern daß sie entdecket und angehalten werden mögen.

Confirmirte Ordnung/ wie sich die Posthalter in Stätten/ &c. §. 13.

3. Sed quæres? si veritatis copia, si quid in alterius castris agatur, si rerum velocior expeditio, si literarum facilior transmissio, si sumptuum laudabilis parsimonia hoc ex remedio haberi potest? quis Postarum per hostium territoria & castra eundi redeundique libertatem improbet? præsertim cùm tàm facilè institui & conservari possit, id quod Hispaniæ & Galliæ Reges bellum gerentes optimè intellexere, facultatem Postis liberam sæpenumero relinquentes. Proditionem metuis? at hanc pars adversa non minus metuat, oportet! Tu tuis, adversarius suis utatur Cursoribus iisque tecum indigenis,

nis, cùm exteri plerumque sint infidi, *Lips. 5. polit. 9.*

horum etiam venales manus, ibi fas ubi maxima merces; *Lucar.* nôn fide, non affectu teneantur, *Tacit. in agric.*

qui, quid officii sui ac honestatis sit, dubio procul ampliter ruminabunt.

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *In Gallia præfectura postarum venditur.*
2. *Sordida honorum mercatura.*
3. *In Gallia quando cœperit.*
4. *Officia quibus committenda.*

NEc conducit, ut Princeps earum præfecturam ulli vendat (*a*) nisi superioritate, & inspectione sibi reservatâ. (*b*)

(*a*) In Gallia Postarum Præfectura venalis est, 1. quemadmodum officia pleraque. Officiorũ ea est in hac (Lutetiarum) civitate ratio, inquit Cominæus *Commemor. rer. gestar. Ludov. XI. cap. 6.* ut amplius desideretur, quàm ullibi aliorum locorũ. Qui enim ea obtinent, tanti nundinantur, quãti volunt, non quanti debent. Suntque inibidem sine reditibus, quæ 800. tamen civitatis venduntur, aliaq; minutis admodum, pluris veneunt, quã tenenti

quindecim annis integris de fructu eorum recipere licet: unde venit, ut sæpè nemo se his abdicet, quos hac in re tuetur Parlamenti Curia. Et hoc consentaneum quidem est æquitati, veruntamen non sine detrimento fit Reipublicæ. Hinc ait Hippol. à Collibus.

in Principe caput 35.

2. Advertendum hic est; inter genera Mercaturæ nullum sordidius & damnosius esse, quàm honorum Magistratuumque mercatura. Declinantis Imperii manifestum à Vopisco notatur signum, quod sub Aureliano officia venalia esse cœperunt, neque data sunt hominibus sed divitiis. Pessimè Theodosius Imperator qui Magistratus, ut Provinciarum Præfecturas, quibusvis accedentibus venales exponebat, nulla prorsus existimationis aut honestæ vitæ ratione habitâ, sed eum judicans idoneum, qui majorem auri vel argenti adferret summam: tunc argentarios, numularios aliosque professiones in foro fœdissimas obire solitos, Magistratuum & præcipuorum insignibus ornatos videre licebat, *Zosimus lib.* 4.

Contra, Alexander Severus nullos unquàm gladii honores passus est vendi; nam necesse est, inquiebat, ut qui emit, vendat: ego non patiar mercatores potestatũ, quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire illum hominem qui emit & vendit. *Ælius Lamprid. in Severo.* Hanc autem mercaturam in Galliam non parvo tanti Regni malo,
3. Ludovicus Rex ad relevandum populum & ut æs alienum à Carolo VIII. contractum dissolveret, a-

liique

liique de quibus urgebatur causis, introduxit 1499.
In Ballivatuum aliorumque officiorum venditione Franciscus Haræus ex D. Thoma refert.

in Annalib. Ducum Flandriæ p. 271. & 273.

Quærebatur de Balivis & officialibus vestris, si liceat eis officia vendere, vel mutuò ab eis recipere aliquid certum, donec tantum recipiant ex officiis. Ad quod dicendum videtur, quòd quæstio illa duas difficultates habere videatur, quarum prima est, de officiorum venditione, circa quam considerandum videtur, quod Apostolus dicit, quôd multa licent quæ non expediunt. Cùm Balivis & Officialibus vestris nihil committatis, nisi temporalis officium potestatis, non video quare hujusmodi officia non liceat vobis vendere, dummodò talibus vendatis, de quibus possit præsumi quòd sint utiles ad talia officia exercenda, & non tanto precio vendantur officia, quod recuperare non possint, sine gravamine vestrorum subditorum. Sed tamen talis venditio expediens non videtur; primò quidem, quia cõtingit frequenter, quòd illi qui essent magis idonei, ad hujusmodi officia exercenda, sunt pauperes, ut emere non possint, & si sunt divites, illi qui meliores sunt, talia officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Sequitur igitur, quòd ut plurimùm illi officia in terra vestra suscipiant, qui sunt pejores, ambitiosi & pecuniæ amatores, quos etiam probabile est, subditos vestros opprimere & vestra commoda non sic fideliter procurare. Secunda verò dubitatio circa hunc articulum esse potest de inutili; circa quod dicendum videtur, quôd

quòd si hoc pacto mutuum dant, ut officium accipiant, absque dubio pactum est usurarium, quia pro mutuo accipiunt officii potestatem, unde in hoc dando eis occasionem peccandi, & ipsi etiam tenentur resignare officio taliterque acquisito. Si tamen gratis officia dederitis, & post ab eis mutuum acceperitis, quod de suo passim officio recepere, hoc absque omni peccato fieri potest. Huc usque Divus Thomas, Claudius Sabmasius, *in disertat. de Fœnor. Trapezittico mihi p.* 271. ait: hodie apud nos omnia Curationum officia & dignitates exceptis militaribus & paucissimis militiæ togatæ à Principe emuntur, aut à privatis qui à Principe eas redemerint. Hic mos est & vitium seculi. At olim æstimatio honoris aut muneris in pecunia pro administratione offerentis non audiebatur. Utut sit & *sibi & Republicæ malè consulit Princeps*

ut dicit Paulus lib. 15. *ff. de muneribus.*

præfecturam cursus publici privative vendens, æquamque quidlibet audendi potestatem præfecto (ceu olim Hebræi publicanis) relinquens, quamvis se eum intus & in cute noscere persuasum habeat, quod quidem in Principe de omnibus subditis, ad Augusti exemplum, peculiarem ad id libellum asservantis; *Tacit. lib.* 1. *&* 3. *annal.* requiritur.

Prudentissimè idcircò Ludovicus IX. Sanctus dictus, acceptam officiorum emptionem & venditionem antea abrogaverat, atque ea non amplius, vel maximum auri argentique precium offerentibus, sed dignis & virtute excultis concederetur, constituerat. *Hie-*

Hieron. Pruckner. in coroll. ult. decision. Gregor. Maynardi annexo, ex Scriptoribus Gallis præsertim autem Seigneur du Haillau. de l'estat & succez des affaires de France lib.3.

Noscere debet Princeps suos inquam, at non nimium fidere, etsi enim homo creaturarũ sit dignissima *l. justissima. ff. de ædilit. edict.* nec debeat facere aliis quod sibi non vult, *lib.1. ff. Quodquisq; jur.* multæ tamen viæ sunt ad malum, *Novell. 22. cap. 14. §. mitiores.* & humana natura ad delicta labitur; *Novelli. 5. cap. 2. §. si vero. 2.* 4.
adde, quòd quis ante ambitum officium potuerit esse *integer vitæ scelerisque purus,* Horat.

Postea autem in fraudulentum & nequitiosum degenerare hominem, id quod equidem non est mirum, occasio namque furem facit, & sæpè hominis animum ac spiritum mutat. Unde nobilis ille Principi Gulielmo Hassiæ Landgravio sciscitanti, quando tandem sapere vellet, non ineptè respondit, præsens status & conditio mea, Princeps, magna sapientiâ non indiget; officio a me quodam digneris & sapientem esse me oportebit, *Lehman. Florileg. polit. in verb. Ampt / n. 28.*

Romani aliique Magistratus quibus haut vana reputatio sed salus populi suprema lex fuit, *Cicer. de LL.* quiq; non nescivêre, oculum Domini saginare equum, & quod sol in cælo est, hoc Principẽ in populo, in præficiendis alligãdisq; huic vel illi officio hominibus, summam gerebant curam, ac ejusmodi iis providebant salario, ut nemini auderẽt esse putidi; unde & illi Legem Juliam repetundarum

pro-

promulgarunt, quæ ad eas res pertinebat atque pecunias, quas quis in Magistratu, Legatione vel officio ministerioque acceperat, restituebat. Dum hac l. omnes vel dolo vel vi ablatæ repetebantur.

(*b*) Nunquam enim præsumitur Princeps omnem superioritatem, (Galli la Souerainetè, Hispani Majorian vocant) à se abdicasse.
Capyc. decis. 130. n. 44. &c. vide der Statt Franckfurt Historischen Verlauff/ *p. 320. in Consilio Doct. Cæsaris.*

CAP. XI.

DE

Fine & speciali interno.

SUMMARIA.

1. *Cursus publici celeritas.*
2. *Festinatio Postis necessaria.*

Litterarum autem, pro eo ac fieri debet, festinans (*a*) & exquisita (*b*) requiritur distributio & oblatio.

(*a*) Hinc

(a) Hinc apud Esaiam Angeli veloces schnelle Botten/ *Cap.8.v.2.*

Nisi enim cum festinatione fiat, & cursor debitâ hora in foribus sit, non meretur dici Cursus. Necesse proinde est, ut equus Postis dicatus gradarium cursum, quem Itali Galoppo vocitant, currat, & circa bonum milliare Germanicum seu duas Legas Gallicas horatim absolvat. 1.

(b) Festinatio namque finem & scopum suum non assequitur, nec quicquam prodest nisi literæ & quæ porrò Postæ Præfecti cursorisque fidei sunt commissa, ita tractentur, ut tàm accipiens quàm transmittens in expeditione & facto eorum acquiescat, traditionemque approbet. 2.

CAP. XII.

De

Fine & speciali externo.

SUMMARIA.

1. *Medicorum Cautela.*
2. *Præfectorum Postæ industria quousque pertingat.*
3. *Fortuita non luit.*

HÆc rerum negotiorumve, quæ

quæ literis oblatis & scribebantur & postulabantur, exoptata expeditio, non magis in manu Præfecti, Magistrive Postarum est, quàm sanitatis restitutio in Potestate Medici. (*a*)

1. (*a*) Sategit rerum suarum Medicus, qui ægrotantium salute nihil habens prius, morbo probè cognito (quippe,

Non intellecti non est curatio morbi.)

convenientia præscripsit remedia. Quicquid autem agit, sanitatem certam ægro nunquam promittit, ne Altissimum offendat: Si enim tàm sanus ac robustus nemo est, qui crastinum sibi possit polliceri, quantò minùs æger & infirmus? Et certè impium est, supremam causam, atque illud principium negligere, à quo

Principium capiunt omnia principia.

Ovven. lib. 3. *Epigr.* 1. Absurdum in promissione causas naturales & adjuvantes v. g. ægri obedientiam, conveniens per adstantes ministerium, diligentemque remediorum sive per coquos, sive pharmacopæos, sive chirurgos, sive scarificatores, sive obstetrices, sive clinicas mulieres, sive personas alias applicationem excludere; stultissimum tandem, casus subitos & fortuitos, seu

ut *Hippocrates lib.* 1. *aphorism. vocat*,

Tà

Τὰ ἔξωθεν h.e. externas injurias non obſervare, quales ſunt pluviæ, tonitrua, fulgura, frigus, æſtus, Vicinorum tumultus, canum latratus, triſte aliquod nunciū, ira, gaudium & ſimilia; nam propter erroris comiſſionem in his omnibus, ſæpè accidit, ut criſis impendens vel curatio impediatur, & æger aliquando ad plures abeat. Eodem modo ſeſe res 2.
cum Poſtarum Magiſtris habet; Nam & his, ævo præſertim hoc omnium ævorum perditiſſimo, tria proponenda veniunt, DEUS à quo & ſecunda & adverſa fortuna provenit, quique pro benedictione & felicis itineris largitione devotè invocandus; deinde miniſtri, ut ſcribæ epiſtolophori, gerones, curſores, & quorum auxilio ei opus eſt, cum ſolus omnia perficere nequeat: tandem & meteora publica & politica, ut latrocinia, militū ferocientium viatoresq; itinere prohibentium impia rabies, vel inſolita etiam tempeſtas ex pluvia, &c. Hæc omnia, ubi ceu Medicus κατὰ κεῖσιν καὶ κατὰ δύναμιν Poſtæ Præfectus explorata habet ſuæque ſedulitati ac induſtriæ haut parcit, ſed curſores debito modo expedit, quicquid poſtea vel irrepat vel irruat inopi- 3.
nati, ipſe non magis in culpa eſt ac Medicus in quo non eſt *ſemper relevetur ut æger*. Ovid.
nec eventus mortalitatis docto fidoque imputandus Medico.

l. illicitos. §. ſicuti ff. de off. Præſid. Gail. obſ. 111. *n. 26. & ſeq. Conſtit. Crim. Carol. V. art.* 134. §. ſo ein Artzt.

Hinc rectè Tullius

lib. 2. de Natur. Deor.
ægri quia non omnes convaleſcunt, non idcirco nulla Medicina eſt. Et Seneca *in Epiſtol. ad Lucil.* non ideò nihil ſanat Medicina, quia non omnia, nec non Celſus: omnes ægrotantes ſanitati reſtituere impoſſibile, & Ariſtoteles:
lib. 1. topic. c. 3.
in Medicina perpendendum, quid fieri, non quid ſequi debeat: idem de Poſtis judica.

CAP. XIII.

De

Fine ꝗ.

SUMMARIA.

1. *Vſus Poſtarum præcipuus, in reſciendis hoſtium conſiliis.*
2. *Vnde & in Germania curſus publicus reparatus.*
3. *Finis Poſtæ, non eſt propriè utilitas Fiſci.*
4. *Curſus Fiſcalis, Clavicularis, &c. qualit.*
5. *Quis inventor curſus publici.*
6. *Quis ejus in Germania reſtaurator.*
7. *Quid Caballatio, paraveredarii,* Kauffmans-Poſt/ *Parochi, Tabellarii, &c.*
8. *Vſus Poſtarum, priſcus & modernus.*

Ipſum

IPsum Regnum, Respublica seu universitas est, cujus in usum cursus publicus est introductus. *(a)*

(a) Quemadmodum hunc in finem publicus olim cursus instituebatur, ut equorum certis locis dispositorum mutatione celerrimè ex Provinciis rerum gestarum nuncii ad Imperatorem venirent, isque celeriter intelligere possit, quis rerum in locis etiam dissitis ac longè remotis status, quidve tam intra, quam extra territorii fines geratur, nec imperans inconsultò obruatur, aut præsentem occasionem ampliandi Imperii terminos vel bonum publicum promovendi incuriosâ negligentiâ perdat. 1.

Pichena in Tacit. Hist. lib. 2. c. 54.
unde Cominæus (dignus Autor, cui, exemplo Alexandri Magni, indormiatur) *libr.* 8. scribit, Ludovicum XI. Galliæ Regem instituisse Cursores per dispositos equos incredibili celeritate iter conficientes, per quos illicò de fortunâ Caroli Burgundi cognosceret & singulis penè momentis de rebus omnibus expectaret certiora; ei, qui primùs omnium aliquid memorabile attulisset, munus non contemnendum erogant: Sicut & Gabrias apud Plutarchum solebat dicere: Eos optime ducum munere fungi, qui res hostium, quàm maximè cognitas haberent. Adeoque ad securitatem Reipublicæ exactissima Postarum dispositio

quindecim annis integris de fructu eorum recipere licet: unde venit, ut sæpè nemo se his abdicet, quos hac in re tuetur Parlamenti Curia. Et hoc consentaneum quidem est æquitati, veruntamen non sine detrimento fit Reipublicæ. Hinc ait Hippol. à Collibus.

in Principe caput 35.

2. Advertendum hic est; inter genera Mercaturæ nullum sordidius & damnosius esse, quàm honorum Magistratuumque mercatura. Declinantis Imperii manifestum à Vopisco notatur signum, quod sub Aureliano officia venalia esse cœperunt, neque data sunt hominibus sed divitiis. Pessimè Theodosius Imperator qui Magistratus, ut Provinciarum Præfecturas, quibusvis accedentibus venales exponebat, nulla prorsus existimationis aut honestæ vitæ ratione habitâ, sed eum judicans idoneum, qui majorem auri vel argenti adferret summam: tunc argentarios, numularios aliosque professiones in foro fœdissimas obire solitos, Magistratuum & præcipuorum insignibus ornatos videre licebat, *Zosimus lib.* 4.

Contra, Alexander Severus nullos unquam gladii honores passus est vendi; nam necesse est, inquiebat, ut qui emit, vendat: ego non patiar mercatores potestatū, quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire illum hominem qui emit & vendit. *Ælius Lamprid. in Severo.* Hanc autem mer-

3. caturam in Galliam non parvo tanti Regni malo, Ludovicus Rex ad relevandum populum & ut æs alienum à Carolo VIII. contractum dissolveret, a-

liique

liique de quibus urgebatur causis, introduxit 1499. In Ballivatuum aliorumque officiorum venditione Franciscus Haræus ex D. Thoma refert.

in Annalib. Ducum Flandriæ p. 271. & 273.

Quærebatur de Balivis & officialibus vestris, si liceat eis officia vendere, vel mutuò ab eis recipere aliquid certum. donec tantum recipiant ex officiis. Ad quod dicendum videtur, quòd quæstio illa duas difficultates habere videatur, quarum prima est, de officiorum venditione, circa quam considerandum videtur, quod Apostolus dicit, quôd multa licent quæ non expediunt. Cùm Balivis & Officialibus vestris nihil committatis, nisi temporalis officium potestatis, non video quare hujusmodi officia non liceat vobis vendere, dummodò talibus vendatis, de quibus possit præsumi quòd sint utiles ad talia officia exercenda, & non tanto precio vendantur officia, quod recuperare non possint, sine gravamine vestrorum subditorum. Sed tamen talis venditio expediens non videtur; primò quidem, quia cõtingit frequenter, quòd illi qui essent magis idonei, ad hujusmodi officia exercenda, sunt pauperes, ut emere non possint, & si sunt divites, illi qui meliores sunt, talia officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Sequitur igitur, quòd ut plurimùm illi officia in terra vestra suscipiant, qui sunt pejores, ambitiosi & pecuniæ amatores, quos etiam probabile est, subditos vestros opprimere & vestra commoda non sic fideliter procurare. Secunda verò dubitatio circa hunc articulum esse potest de inutili; circa quod dicendum videtur,

quôd

quòd si hoc pacto mutuum dant,ut officium accipiant,absque dubio pactum est usurarium, quia pro mutuo accipiunt officii potestatem , unde in hoc dando eis occasionem peccandi, & ipsi etiam tenentur resignare officio taliterque acquisito. Si tamen gratis officia dederitis, & post ab eis mutuum acceperitis,quod de suo passim officio recepere, hoc absque omni peccato fieri potest. Huc usque Divus Thomas, Claudius Sabmasius, *in disertat. de Fœnor. Trapezittico mihi p.* 271.
ait: hodie apud nos omnia Curationum officia & dignitates exceptis militaribus & paucissimis militiæ togatæ à Principe emuntur, aut à privatis qui à Principe eas redemerint. Hic mos est & vitium seculi. At olim æstimatio honoris aut muneris in pecunia pro administratione offerentis non audiebatur. Utut sit & *sibi & Republicæ malè consulit Princeps*
ut dicit Paulus lib. 15. *ff. de muneribus.*
præfecturam cursus publici privative vendens, æquamque quidlibet audendi potestatem præfecto (ceu olim Hebræi publicanis) relinquens, quamvis se eum intus & in cute noscere persuasum habeat, quod quidem in Principe de omnibus subditis, ad Augusti exemplum , peculiarem ad id libellum asservantis; *Tacit.lib.1. & 3. annal.* requiritur.

Prudentissimè idcircò Ludovicus IX. Sanctus dictus, acceptam officiorum emptionem & venditionem antea abrogaverat, atque ea non amplius, vel maximum auri argentique precium offerentibus , sed dignis & virtute excultis concederetur, constituerat. *Hie-*

Hieron. Pruckner. in coroll. ult. decision. Gregor. Maynardi annexo, ex Scriptoribus Gallis præsertim autem Seigneur du Haillan. de l'estat & succez des affaires de France lib.3.

Noscere debet Princeps suos inquam, at non nimium fidere, etsi enim homo creaturarũ sit dignissima *l. justissima. ff. de ædilit. edict.* nec debeat facere aliis quod sibi non vult, *lib.1. ff. Quod quisq; jur.* multæ tamen viæ sunt ad malum, *Novell. 22. cap. 14. §. mitiores.* & humana natura ad delicta labitur: *Novelli. 5. cap. 2. §. si vero. 2.* 4.

adde, quòd quis ante ambitum officium potuerit esse *integer vitæ scelerisque purus*, Horat.

Postea autem in fraudulentum & nequitiosum degenerare hominem, id quod equidem non est mirum, occasio namque furem facit, & sæpè hominis animum ac spiritum mutat. Unde nobilis ille Principi Gulielmo Hassiæ Landgravio sciscitanti, quando tandem sapere vellet, non ineptè respondit, præsens status & conditio mea, Princeps, magna sapientiâ non indiget; officio a.me quodam digneris & sapientem esse me oportebit, *Lehman. Florileg. polit. in verb.* Ampt/ *n. 28.*

Romani aliique Magistratus quibus haut vana reputatio sed salus populi suprema lex fuit, *Cicer. de LL.* quiq; non nescivêre, oculum Domini saginare equum & quod sol in cælo est, hoc Principẽ in populo, in præficiendis alligãdisq; huic vel illi officio hominibus, summam gerebant curam, ac ejusmodi iis providebant salario, ut nemini auderẽt esse putidi; unde & illi Legem Juliam repetundarum pro-

promulgarunt, quæ ad eas res pertinebat atque pecunias, quas quis in Magistratu, Legatione vel officio ministerioque acceperat, restituebat. Dum hac l. omnes vel dolo vel vi ablatæ repetebantur.

(*b*) Nunquam enim præsumitur Princeps omnem superioritatem, (Galli la Souerainetè, Hispani Majorian vocant) à se abdicasse.

Capyc. decis. 130. *n.* 44. *&c. vide* der Statt Franckfurt Historischen Verlauff / *p.* 320. *in Consilio Doct. Cæsaris.*

CAP. XI.

De

Fine & speciali interno.

SUMMARIA.

1. *Cursus publici celeritas.*
2. *Festinatio Postis necessaria.*

Litterarum autem, pro eo ac fieri debet, festinans (*a*) & exquisita (*b*) requiritur distributio & oblatio.

(*a*) Hinc

(a) Hinc apud Esaiam Angeli veloces schnelle Botten/ Cap.8.v.2.

Nisi enim cum festinatione fiat, & cursor debitâ hora in foribus sit, non meretur dici Cursus. Necesse proinde est, ut equus Postis dicatus gradarium cursum, quem Itali Galoppo vocitant, currat, & circa bonum milliare Germanicum seu duas Legas Gallicas horatim absolvat. 1.

(b) Festinatio namque finem & scopum suum non assequitur, nec quicquam prodest nisi literæ & quæ porrò Postæ Præfecti cursorisque fidei sunt commissa, ita tractentur, ut tàm accipiens quàm transmittens in expeditione & facto eorum acquiescat, traditionemque approbet. 2.

CAP. XII.

De

Fine ² speciali externo.

SUMMARIA.

1. *Medicorum Cautela.*
2. *Præfectorum Postæ industria quousque pertingat.*
3. *Fortuita non luit.*

HÆc rerum negotiorumve, quæ

quæ literis oblatis & scribebantur & postulabantur, exoptata expeditio, non magis in manu Præfecti, Magistrive Postarum est, quàm sanitatis restitutio in Potestate Medici. (*a*)

1. (*a*) Sategit rerum suarum Medicus, qui ægrotantium salute nihil habens prius, morbo probè cognito (quippe,

Non intellecti non est curatio morbi.)

convenientia præscripsit remedia. Quicquid autem agit, sanitatem certam ægro nunquam promittit, ne Altissimum offendat: Si enim tàm sanus ac robustus nemo est, qui crastinum sibi possit polliceri, quantò minùs æger & infirmus? Et certè impium est, supremam causam, atque illud principium negligere, à quo

Principium capiunt omnia principia.

Owen. lib. 3. *Epigr.* 1. Absurdum in promissione causas naturales & adjuvantes v. g. ægri obedientiam, conveniens per adstantes ministerium, diligentemque remediorum sive per coquos, sive pharmacopæos, sive chirurgos, sive scarificatores, sive obstetrices, sive clinicas mulieres, sive personas alias applicationem excludere; stultissimum tandem, casus subitos & fortuitos, seu

ut *Hippocrates lib.* 1. *aphorism. vocat.*

Tà

Τὰ ἔξωθεν h.c. externas injurias non observare, quales sunt pluviæ, tonitrua, fulgura, frigus, æstus, Vicinorum tumultus, canum latratus, triste aliquod nunciũ, ira, gaudium & similia; nam propter erroris cõmissionem in his omnibus, sæpè accidit, ut crisis impendens vel curatio impediatur, & æger aliquando ad plures abeat. Eodem modo sese res 2.
cum Postarum Magistris habet; Nam & his, ævo præsertim hoc omnium ævorum perditissimo, tria proponenda veniunt, Deus à quo & secunda & adversa fortuna provenit, quique pro benedictione & felicis itineris largitione devotè invocandus; deinde ministri, ut scribæ epistolophori, gerones, cursores, & quorum auxilio ei opus est, cum solus omnia perficere nequeat: tandem & meteora publica & politica, ut latrocinia, militũ ferocientium viatoresq; itinere prohibentium impia rabies, vel insolita etiam tempestas ex pluvia, &c. Hæc omnia, ubi ceu Medicus κατὰ κεῖσιν καὶ κατὰ δύναμιν Postæ Præfectus explorata habet suæque sedulitati ac industriæ haut parcit, sed cursores debito modo expedit, quicquid postea vel irrepat vel irruat inopi- 3.
nati, ipse non magis in culpa est ac Medicus in quo non est *semper relevetur ut ager*. Ovid.
nec eventus mortalitatis docto fidoque imputandus Medico.

l. illicitos. §. sicuti ff. de off. Præsid. Gail. obs. 111. n. 26. & seq. Constit. Crim. Carol. V. art. 134. §. so ein Arzt.

Hinc rectè Tullius

IPſum Regnum, Reſpublica ſeu univerſitas eſt, cujus in uſum curſus publicus eſt introductus.(a)

(a) Quemadmodum hunc in finem publicus olim curſus inſtituebatur, ut equorum certis locis diſpoſitorum mutatione celerrimè ex Provinciis rerum geſtarum nuncii ad Imperatorem venirent, iſque celeriter intelligere poſſit, quis rerum in locis etiam diſſitis ac longè remotis ſtatus, quidve tam intra, quam extra territorii fines geratur, nec imperans inconſultò obruatur, aut præſentem occaſionem ampliandi Imperii terminos vel bonum publicum promovendi incuriosâ negligentiâ perdat. I.

Pichena in Tacit. Hiſt. lib. 2. c. 54.

unde Cominæus (dignus Autor, cui, exemplo Alexandri Magni, indormiatur) *libr.* 8. ſcribit, Ludovicum XI. Galliæ Regem inſtituiſſe Curſores per diſpoſitos equos incredibili celeritate iter conficientes, per quos illicô de fortunâ Caroli Burgundi cognoſceret & ſingulis penè momentis de rebus omnibus expectaret certiora; ei, qui primùs omnium aliquid memorabile attuliſſet, munus non contemnendum erogant: Sicut & Gabrias apud Plutarchum ſolebat dicere: Eos optime ducum munere fungi, qui res hoſtium, quàm maximè cognitas haberent. Adeoque ad ſecuritatem Reipublicæ exactiſſima Poſtarum diſpoſitio

etiam plurimum facit. Hinc dubio procul in Imperio Romanó Germanico factū est, ut in publicis Comitiis de Postis tàm pacis quam belli tempore ritè ordinandis deliberaretur, quò de rerum successu, novis emergentibus & aliis necessariis, ij quorūm intereſt, reddantur certiores. Inevitabilem præsertim usum in Legationibus præstant Postæ, ut Mittentes de Legatorum expeditione, hi de illorum voluntate & rerum momentis sub manu fiant certiores. Vide Rec. Imperii

> Zu Nürnberg de anno 1522. §. item ist bedacht/ *R. I.* zu Eßlingen *de anno* 1526. §. und nach dem Käyserlichen May. *R. I.* zu Speyer/ *de anno* 1542. §. und damit man auch jederzeit. *Vide Constit. Imperial. Golstad. tom. 3. constit.* 16. 110. & 113.

Aliam utilitatem recenset Arnisæus

> *de jur. Majest. c.* 5. *Limn. de jur. publ. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 134.

3. & alii nempè quod Posta in Fisci augmentum redundet: ast hoc ego non de Postis in Germania, sed illorum locorum, ubi talia officia sunt venalia, verum esse arbitror, nisi cùm transmissione litterarū, etiam iter facientibus, cursoribus operam præstare fortè indultum sit. Aliàs tantum abest, ut Posta Fisco inferat, ut etiam sustentatio Postarum incredibiles postulet sumptus, & facile sit conjicere, tantò minus ab Imperatore hos posse præstari, quò magis hi vel illi Imperii status in territoriis suis Postas instituunt, aliorumque literas per suas Postas ab Imperii generalibus Postis avertant, cùm tamen ipsi

Status

Status in suis Ditionibus litterarum delationem privatis nunciis interdicant. De Fisco autem & Posta quomodo se habuerint antiquitus, Wolffgangus Lazius, *lib.2. Comment. Reip. Rom. §.14. mihi pag.322.*
ita disserit: Pertinebat verò ad Fiscum Principis & cursus publicus & massa cùm auri tùm argenti, quas provinciæ quædam pro tributo pendebant, quæ *Massaritiæ* ICtis dicuntur. Unde Codex Scoti *in descript. Præfecturar. Romanar.*
Scrinij meminit ad auream massam. De quare & ille intelligendus est Symmachi locus; *in epist. ad Theodos. Augustum.*
Nam Scyrtius V.P. ereptam sibi partem Cæsarianæ massæ crebrâ additione conquestus, cùm integrationem stat⁹, quam amiserat, impetrasset, hæredes Thesei, qui reluctarentur, objecti sunt. *Et iterũ:* Et revera cùm posteriora gesta pro indiviso sex uncias massæ in eos collatas esse testentur, intelleximus partem donatoris exceptam. Cursus fiscalis, à fisco quemadmodum denominatus erat, ita sub fisco ejusque Quæstore fuit; cujus cursus vestigia etiamnum in Cameris Austriæ Principum videmus, in veredariis illis, quos vulgò Cammer-Botten / hoc est, Fisci Tabelliones vocamus, qui & ipsi acceleratis itineribus in provincias ablegantur, & mutatis ad festinationem jumentis cursum perficiunt, quemadmodum qui Postam, ut nos loquimur, equitant: qui cursus publicus olim & Clavicu-

laris appellabatur. Meminit verò Cursûs fiscalis Ælius Spartianus

in Histor. Adriani.

4. statim cursum fiscalem instituit, ne Magistratus hoc onere gravaretur, ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam, quæ fisco debebatur, privatis debitoribus in urbe atque Italia, in Provinciis verò etiam ex reliquiis ingentes summas remisit.

Porrò meminêre cursûs publici subinde inclinantis Imperii Authores, cum de equis dispositis & mutatis ad festinationem jumentis loquuntur. Capitolinus de Pertinace: Deinde præfectus cohortis à M. Aurelio Imperatore & Præside Syriæ, quod sine Diplomatibus cursum usurpaverat, ab Antiochia ad Legatum suum ire coactus est. Ammianus Marcellinus, *libro* 20.

Cujus post obitum benè Julianus cogitans & prudenter scirique volens, quod præsenti pepercisset, charitates ejus cum re familiari intacta, publico cursus usu permisso ad Orientem redire tutiùs imperavit. *Et iterum lib.* 21.

quo rumore perculsus Præfectus prætorio Taurus, ut hostem vitans externum, maturè discessit, rectusque mutatione celeri cursus publici transitis Alpibus Juliis, eodem ictu Florentium itidem Præfectum secum adduxit. *Idem, lib.* 20.

Clavicularem hunc cursum appellat: Quo textu ad Comitatum perlato, lectoque Julianus contemplans rationabiles querelas cum familiis eos ad Orientem proficisci præcepit, clavicularis cursus facultate permissâ. Meminit hujus cursus & Sido-

Sidonius Apollinaris, *lib. 1. epistol. ad Herenium:*
Egresso mihi Rhodamisiæ nostræ mœnibus, publicus cursus usui fuit, utpote sacris apicibus accito, & quidem per domicilia sodalium propinquorumque. Recenset & Codex Præfecturarum Scoti curiosum unum cursus publici. Cassiodorus *lib. 5. Variar. in Epist. Theodorici Regis ad Mannilam Sajonem,*
Cursum publicum & equos cursuales Magisterio officiorum subjicit, & huic in formula Magisterii scribit, *lib. 6.* Veredorum quin etiam opportunam velocitatem, quorū status semper in Cursu est, diligentiæ suæ districtione custodit ut solitudines nostras, quas consilio juvat, beneficio celeritatis expediat.

Sunt verò qui initia hujus Cursus, alii quidem à Cyro, alii à Xerxe, Regib9 Persarum, alii deniq; ab Augusto petant, veluti Tranquillus. Xenophon quidem, *lib. 8.* 5.
Videtur Cyro adscribere: quem refert videlicet, ut celerius sentiret ea, quæ maximis locorum intervallis distabant, stabula equorum tantum separata fecisse, quantum itineris die unus equus facere posset. Quibus locis non solùm equos constituerat velocissimos quosq; verum etiam equorum custodes: quibus & virum addiderat, qui esset aptus ad litteras accipiendas, quæ ferebantur, easq; tradendas, quiq; reciperet equos defatigatos atq; homines & alios recētes substitueret. Atqui Herodotus, antiquus & ipse author, in Urania, initia hujus per equorum mutationem festinantiæ, à Xerxe Persarum Rege, deducit, in illa memorabili fuga Persa-

rum, cum victi à Leonidâ & Themistocle in Græciâ, non sine dedecore fugam domum maturassent. Trepidum quippe & omnia timentem Xerxem, equites per intervalla sic disposuisse, diei itinere ab invicem remotos, ut sicubi Græci Persas insequi cogitarent, primus indicare secundo, secundꝰ Tertio posset, & ita in infinitum. Quòd verò Augustus quoque Cæsar hunc cursum instituerit, vel saltim renovaverit intermissum, aut in ordinem denique
6. redegerit (quod nostra memoria Maximilianum constat Cæsarem fecisse) testatur Suetonius in Augusto ita scribens: & quo celeriùs, ac sub manum adnunciari cognoscique posset, quid in provinciâ quaque gereretur juvenes primò modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit. Commodius id visum est, ut qui à loco iidem perferunt literas, interrogari quoque si quid res exigat, possent. Hæc Tranquillus, à quo videtur T. Livius dissentire, qui multò ante Augusti tempora hujusmodi mutationis jumentorum, accellerationis gratia atque equorum dispositorum apertè meminit. Siquidem *lib. 6. Decad.* 3. ita scribit: Romanis Tragillanus nuncius diem noctemque itinere continuato ingentem attulit terrorem, tumultuosius quam allatum erat, cursus hominum affingentium vana. Et rursus, *lib. 7. 4. Decad.*

T. Sempronius Gracchus longè tunc acerrimus juvenum ad id delectus per dispositos equos, propè incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est

est dimissus) die tertio Pellam pervenit. Idem *lib. 2. 5. Decad.*

Legati qui repente aliquò mitterentur, singula jumenta per oppida iter quà faciendum erat, imperabant. Ex quibus luce clariùs apparet, longè ante tempora Augusti Cæsaris cursum publicum Romanis fuisse usurpatum.

Qui quanto semper usu huic populo extiterit, hi declarabunt autores, qui ejus res gestas adnotarunt, quos inter nominatissimus Cor. Tacitus *in vit. Iulii Agricolæ*

ita scribit: supremo quidem die momenta deficientis, per dispositos cursores nunciata constabat, nullo credente sic accelerari, quæ tristis audiret. Herodianus

lib. 2. historiæ Augustæ, de Macrino fugiente locutus:

famam quoque (ait) suæ, fortunæ præveniens: quippe ingenti studio commilitones vehicula urgebant, quasi Macrino adhuc rerum potiente magnis de rebus mitterentur. Sic Ammianus Marcellinus, *lib.* 14.

scribit; pandente itaque viam fatorum forte tristissima, qua præstitutum erat eum vita & imperio spoliari, itineribus interjectis per mutationem jumentorum emensis, venit Pætovionem oppidum Noricorum, ubi reseratæ sunt insidiarum latebræ omnes. Et subdit: inde aliis super alia urgentibus literis exire & decem vehiculis publicis, ut præceptum erat, usus, relicto pa-

latio omni, præter paucos thori miniſtros, & menſæ, quos advexerat ſecum ſqualore concretos celerare gradũ compellebatur. Idem *lib. 15. ſequenti.*

Nondum apud Noricum exuto penitus Gallo, Apodemius quoad vixerat, igneus turbarum incentos, raptos ejus calceos vehens, equorum permutatione veloci, ut nimietate cogendi quosdam extingueret, præcurſorius index Mediolanum advenit. *Et iterum*

ſub finem lib. 21. de Conciliis Epiſcoporum tractans, quæ ſub Conſtantio Cæſare multa celebrata ſunt:

Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundebat, in qua ſcrutanda, perplexiùs, quàm componenda graviùs excitavit diſſidia plurima, quæ progreſſa fuſiùs aluit concertatione verborum, ut Catervis Antiſtitum jumentis publicis ultrò citroque diſcurrentibus per Synodos quas appellant. Hujus hiſtoriæ curſusque publici meminit & Euſebius in vita Conſtantini: hoc unusquisque dum enititur, occupat alios Imperatoris libello. Hic Hieroſolymam eundum eſſe properè dixit: Ita Phænicia profecti, operâ publicâ ad curſum uſi ſunt. Cæterùm non ſolùm Conſtantini ſeculo curſum publicum fuiſſe in uſu, verùm etiam Zenone & Anaſtaſio per Sveviam quoque Parochos fuiſſe, colligi poteſt ex his verbis Caſſiodori,

lib. 5. variarum in epiſt. Theodorici Regis ad Severianum V.S. Sveviæ Præpoſitum:

Judices quoque Provinciæ vel curiales atque defenſo-

fenſores tam de curſu quam de aliis rebus illicita dicunt poſſeſſoribus irrogare diſpendia. Veredi, qui à curſu Græcis dromanarii, latinè curſuales proprio vocabulo nominabantur. De quibus Caſſiodorus, *lib.* 14. *Sacra hiſtoria:*

Invenit Theodoſius (inquit) quendam virum animo habituque corporis fortiſſimum, qui tanta velocitate veredos agebat, ut tribus diebus perveniret ad terminos Romanorum & Perſarum & rurſus totidem remearet ad Conſtantinopolim. Porrò huic Palladius erat nomen: unde nimirum Palladii equi dicti ſunt ICtis & paraveridi parangariati, meminit veredorum idem Caſſiodorus

lib. 2. *variar. cognitionum in epiſt. Theodorici Regis ad Dromanarios:*

Et ideò Comiti Sacrarum largitionum noſtra præcepit autoritas, ut in hoſtilienſi loco conſtitui debeatis, quatenus fiſcali humanitate recreati excurſus cum veredariis per alveum Padi more ſolito faciatis: ut diviſo labore equis publicis debeat ſubveniri, quando curſus veſter non atteritur, qui per vias liquidas expeditur. *Et iterum* lib. 4. ejusdem:

Illuſtris & magnifici viri Comitis patrimonii ſuggeſtione comperimus. Dromanarios viginti & unum de conſtituto numero mortis incommodo fuiſſe ſubractos. *Idem*

lib. eod. in epiſt, ad Godiſcalcum Sajonem:

Legatorum itaque veſtrorum ſuggeſtione comperimus, curſuales equos frequenti uſurpatione fati-

fatigari, & quos nos publicis necessitatibus cupimus custodiri, in usum cognovimus privatæ voluntatis assumi. *Et iterum lib. 5.* Excedentium improbam præsumptionem tali te præcipimus districtione resecare, ut sive Gothus sit, aut Romanus, qui sine nostra aut Eorum, quorum interest, erectione veredum præsumit attingere, per unum equum centum statim solidos à te cogatur exolvere. Et de illis quoq; pari securitate censemus, qui supra evectionum numerum cursuales equos usurpare præsumunt. Caballatio à caballis videlicet, quo nomine cursus publicus apud Francos nominabatur: ut appareat Rex invictissime, non minus & hunc morem dispositorum equorum in cursu publico à Romanis ad Francos tuos pervenisse. Jure Consulti, *lib.* 12. *Cod. tit. de annon. militar.*

7. Caballationis verbo utuntur pro munere publicos equos alendi ad cursum publicum, quod modo Postæ magisterium vocatur. Luidbrandus Ticinensis, quem sub Otthonibus floruisse constat; Caballicatarum literarum meminit, nimirum alludens ad eas literas, quas cursores publici in caballis per itinera mutatis perferebant, vulgò die Brieff so man auff der Post bringt: Sed placet Autoris hujus verba inserere, quæ extant, *libro histor. ejus.* 3. *c.* 14. Arnoldus Bojariorum & Charentanorum Dux, cujus superiùs fecimus mentionem, cùm non multum ab Italia longè distaret, collectis copiis quatenus Hugoni regnum auferret, advenit. Qui Tridentinam ea ex parte primam Italiæ Marchiam pertransiens, Veronam usque pervenit. In qua à Milone Comi-

teat-

te atque Rhatherio Episcopo libenter, ut qui eum invitarant, suscipitur. Quod Rex Hugo ut audivit collecto exercitu ei obviam tendit, quumque eodem pervenisset & caballicatas, ut vulgo ajunt, circumcirca dirigeret, &c. Cæterum Parangaria Persica voce cursus publicus vocabatur, & paraveredi propriè dicebantur, qui ultra ordinariã cursus publici functionem negotiatoribus & alijs inserviebant, qui absque diplomate hunc usurpabant, der Kauffleut Post. Equidem extant nobis Austriis omnes illæ quatuor cursus accelerati rationes. Primò namque fiscus suos habet cursores & veredos, quos appellamus Cammer-Botten. Deinde & equites mutatis jumẽtis literas in aulam & ex aulâ Regis in Italiam & Belgas usque celerrimo itinere perferunt, vulgô die Post / die Post-Botten. Manet & tertium genus potissimũ in Hungariâ & Austriâ inferiori, quod per vehicula velocia usurpabatur & barbara voce Gotschewagen / Gotschipffers nuncupantur. Sunt & paraveredi, nobis der Kauffleuth Post und Kundschafft; de quibus locus Cassiodori

lib. 5. variarum.

est accipiendus: paraveredorum subvectiones exigere eos, qui habent veredos adscriptos, provincialium querela comperimus, quia nullum penitùs sinatis præsumere: quando per turpissimos questus & possessor atteritur & commeantium celeritas impeditur. Præterea quemadmodum ratio cursus publici quondam sub fisco ejusque Præfecto quæstore candidato fuerat (quem vel Cancellario nostri temporis vel Cameræ Super-

Superintendenti comparavimus) ita in hanc usque diem postam hi dirigunt, soletque illius Magister sive Præfectus cum Cameræ Imperialis judicis in Germania, tum Cancellarii Cameræque Superintendentis dicto audire & literas in cursu publico allatas his ipsis, quos diximus, viris, &non aliis reddit. Denique sunt in cursu nostro publico, veluti & olim erant, Sajones, sive Curiosi, parochi, portitores, tabellarii, tractatores, hippocomi, & parhippi. Curiosi, qui posterius Sajones à Theoderico Rege Gothorum regnante in Italiâ cognominati sunt, hodie Magistri postarum, quorum, subinde meminit Cassiodorus, *in lib. variar. Cogn. Codex.*

Præfecturam unum generalem curiosum cursus publici enumerat. & per singulas provincias singulos. Erant autē non multùm inferiores his, quos tēpore Valentiniani primi, Gratiani, Theodosii, Arcadii & Honorii, agentes in rebus vocabāt Romani. Præerant autem cursus publico & negotia Principis per cursum publicum expediebant & res omnes ad Præfectos prætorio curiamque Principis referebant, unde & nomenclatura illis accessit: quales hodie Turcarum Tyranno vocantur Zausij: & si volumus ad nostram transferre Remp. quales penè sunt apud nos, qui vocantur nuncij Cameræ. Cassiodorus

lib. 4. epist. Theodorici Regis ad Godiscalcum Sajonem.

ita scribit: Legatorum atque nostrorum suggestione comperimus, cursuales equos frequenti usurpatione fatigari. *Et subdit:* nullum præterea Sajonem

discursus

discursus facere patiaris, sed ad causam ad quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere vel redire: quibus in superiorem mulctam cadat interdicta frequentia parhipporum. Quin etiam onera centum librarum nullus excedat. Expeditos enim properare mittendarios volumus, non migrare censemus. Parochi tametsi nostro seculo, qui olim chorepiscopi erant, nominantur, erant tamen Romanis in publico cursu mansionum Praefecti, qui & equos dispositos & cibum currentibus praebebant, quales hodie sunt, qui Inferioris Postae Magistri dicuntur, da die Post liegt/ Meminit M. T. Cicero, *lib. 3. Epistolar.* Ariarathes Ariobasani filium Romam venit, vult opinor regnum aliquod emere à Caesare. Nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. Omnino enim Sestius noster Parochis publicis occupavit. Quod quidem facilè patior, veruntamen quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me diversetur. *Huc alludit &* Horatius primo Sermonum.

Proxima Campano Ponti qui Villula, tectum,
Praebuit & Parochi, quae debent, ligna salemque
vertere pallor, Tum parochi faciem.

Ubi Porphyrio in Commentariis, parochos dispositos in via ligna & salem iis praebere, solitos scribit, qui Reipublicae causâ peregrinabantur, alias Copiarij dicti. Atq; inde factum est, ut metaphoricè omnes, qui publicos cibos ministrabant, non quidem Veredariis sed in civitatibus passim, ut hodie sunt, quos nostra lingua appellat, die ein Pfründ geben/ parochi sunt appellati. Hinc est illud Pomponii

ponij Læti in Constantino: qui Comitibus & Ducibus, pro augmento Imperii consenuerant, dabantur agri villæque, ut necessaria suppeterent quoad viverent, parochias vocabant; Meminere in hoc significatu Parochorum & ICti in Authenticis Justiniani his verbis; Coloniarum jus est (inquiunt) veluti, si domum valentem centum solidos & præstantem pensionem solidorum decem, aliquis acceperit ab Ecclesia, vel pro eo solidos tres, singulis annis se daturum pensionis nomine, ubi eam redemerit fortè minori precio spondeat. Iste autem appellatur Parochus. Fuerunt & Parochi alia voce Græcis dicti paranymphi, qui sponsam ducebant, ut Suidas tradit. unde scribit Pausanias, cùm nova nupta ad ædes mariti deduceretur, in currum ascendere ipsam solitam, & in ejus medio collocatam, ab una parte maritum, ab aliâ parochum, qui sibi affinitate proximus esset. Cæterùm quòd vox ista postea Chorepiscopis sit tributa, arbitror ex eo factum, quod publicum cibum, hoc est, sacram Eucharistiam administrarent iis, qui illi in cura animarum subjecti essent. Unde legitur in Canonico Jure, decem homines facere parochiam. Tabellarii servi cursus publici vocabantur, qui in veredis sive equis dispositis currebant, vulgò die Post-Knecht, à tabellis duplicatis, hoc est, diplomate dicti, quo erant insigniti cujusque autoritate & inspectione cursum usurpabant, qua de re prolixè, *cap. 4. hujus egimus. Meminit Herodianus lib. 3. historiæ.*

Quare tabellarios aliquot ex his qui literas Imperatorias perferunt, fidissimos sibi homines, cùm literis mandatisque ad eum mittit. *Et iterum lib. 4.* Has

Has igitur literas ut mos est, cum reliquis obsignatas, dat ignaris qui ferrent tabellariis. Illi consueta nisi itineris celeritate ad Antonium perveniunt, quo ille potissimum tempore ad aurigandum se parabat, ac jam currum conscenderat, ita ei reddunt integrum epistolarum fasciculum, in quibus erant & literæ, quæ ad Macrinum pertinebant. Huc pertinet & locus Julii Capitolini in Marco Philosopho & alter Marcellini *lib. 22.* qui sic habet: additisque festinando itinere noctibus, provinciarum militiæque rectoribus insinuare novi Principis scripta, omniumque sententiis occultius sciscitatis remeare velociter cum responsis, ut comperto quid in longinquis agatur, principatus roborandi, matura consilia quærantur & cauta. Hæc Tabellarios fama progrediens, index tristium casuum velocissimè per provincias volitabat.

Tractatores, qui habebant tractatoriam licentiam adducendi equos in cursu publico: de quib. Jure Consulti 12. *Cod. tit. de tractator. & statuis.*

Hippocomi, qui equos dispositos in mansionibus curabant, *ἀπὸ τοῦ κομεῖν*, id est nutriendo, recensentur JCtis, *in l. non patimur lib.* 12. *C.*

Parhippi, qui præter numerum in tractatoria comprehensum vehicula, & equos agebant: quod nostro tempore, qui aliquo loco sunt & aliquo accelerant in usu habent, wann einer durch die Post reiset. Meminerunt JCti. *eod.* 12. *Cod. in l. parhippum*, licet falsò Parphippum legatur. Meminit & Suidas in dictione *παριππεύσαντες*. Et Julianus *in Epistolis*, de his subscribit, *ἄξει δέ σε*

M *δημοσίῳ.*

δημόσιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ καὶ παρίππῳ, id est, ducet te publicus cursus uno utentem vehiculo & parhippo uno. fit mentio praeterea Parhipporum hoc significatu à Cassiodoro *lib.* 5. *variarum*: Et de illis quoque pari securitate, censemus, qui supra evectionum numerum cursuales equos usurpare presumunt, parhippis, quin etiam non ultra centum libras jubemus imponi: Atque haec cum de cursu publico, tum de fisco, sub quo is cursus & equi dispositi fuerunt. Quem ut vetustatis exemplis adornemus, libet ex more rhapsodias quorundam monumentorum subnectere:

Viam feci ab Regio ad Capuam, & in ea via pontes omnes miliarios, tabellariosque posci Hincce sunt Nonceriam meilia LI. Capuam XXCII. Muranum LXXIV. Consentiam CXXIII. Regium meilia Valentiam CLXXXII. ad fretum, ad statuam CXXXII. Regium meilia CCC. Et idem Praetor in XXII. Sicilia fugitivos Italicorum conquesivi reddidique homines CCCCXV.

Pertinent ad cursum publicum & statores: hi erant, quos Princeps mittebat ad civitates, necessitate aliqua, quibus in cursu publico parochi cogebantur mutare equos. Atque haec de Palatino quaestore dicta sufficiant. *Huc usque Wolff. Lazius.*

Ita, in Imperii, Regni ac Reipubl. totius usum & emolumentum cursus publicus est institutus. Quidquid enim Imperator aut Princeps agit, non nisi in evidentem publicae rei, cuius caput est, sa-

lutem

lutem præsumitur agere, tanquam Dei in terris imago ejusdemq; veluti Vicarius: Middendorp. *comm. ad quæst. 1. Ptolom.*

Priscis equidem temporibus publicus cursus valdè erat coarctatus, hisce nostris verè ita extensus, ut haut solum Magistratuum negotia sed & privatorum curiosè in utilitatem publicam expediantur, *l. 12. C. de excusat. muner. lib. 10.* & Privatus quisque quantum per literas in primis opus habet, eo pro animi sententia, uti possit, *velutι supra cap. 10. theor. plura hac de re disserui.*

Adeoque iter facientibus & literas alicubi mittentibus valde conducit Posta.

CAP. XIV.

De Effectu.

SUMMARIA.

1. *Primus Postarum effectus, rerum longinquarum notitia.*
2. *Alter commerciorum propagatio.*
3. *Tertius privatorum negotiorum volucris expeditio.*

HIc usus, rerum diversis in locis gestarum notitiam, commerciorum conservationem & propagationem, privatarumque quorumvis negotiorum expeditionem gignit; unde tandem ipsorum Reip. membrorum conglutinatio exsurgit arctior.

(*a*) Prout hodiè Postæ in Germania, imò tota Europa adornatio est, illa tres primarios edit effectus, quorum primus rerum diversis in locis gestarum notitia, quæ, quantum graves actiones & conatus, cum pacis tum belli tempore promoveat, nemo est qui ignoret.
2 Alter commerciorum, (queis, si lucrum habeant moderatum, si fiant sine mendacio & pejeratione, sine impostura & injuria Szedegin. *in loc. tab. de mercat. pagin.* 381. mundus decenter alitur) conservatio & propagatio, quæ tàm necessaria, quam multæ urbes loco tam sterili sitæ sunt, ut in iis sine mercaturâ, non tantum non commodè vivi, sed ne vivi quidem possit, Bodin. 3. *Pol.* 3. Qui defectus, rerum, quibus opus est, importatione à mercatoribus suppletur, unde & hi pedibus, (non nobiliori cuidam membro) qui reliquis necessaria transferunt, comparantur. Hæc mercabilia promovent Postæ mercatoribus securitatem suarum literarum & cambiorum tribuentes, ut commercia mutuâ commutatione factâ eo melius per totam terrarum plagam florescant & quid pretia rerum mercesque valeant, innotescat. Negotia autem privata tantum & non simul Rerumpublicarum interesse respiciant, Gregor. Tholos. 4. *de Rep. c.* 7.

3 Tertius, cujusvis privati negotiorum, quæ pro cujuslibet intentione multa ac varia sunt, nec specialiter describi possunt, gratior expeditio. Tametsi cuique privato etiam jure gentium permissum sit, per privatos tabellarios & nuncios cum peregrinis rerum privatarum argumenta con-

conferre; quapropter magnis emporiis non magis commerciorum correſpondentia per nuncios perficienda inhiberi poteſt (dummodo non obſint poſtæ generali, aut Magiſtratuum juri ſub commerciorum prætextu aliquid detrahant) quam ſtudioſis qui nuncios in patriam ablegant; Et hi tres effectus, ubi harmoniâ conſtant, Reip. membra arctius conglutinant, interque ſe una magis reddunt convenas.

CAP. XV.

DE

Subjectis recipientibus.

THEOREMA I.

SUMMARIA.

1. *Vigilantia præfecti Portarum.*
2. *Miniſtrorum induſtria & obſequium.*

IDque omne Curſuum & Curſorum Præfecti (*a*) hujusque miniſtrorum (*b*) fit induſtria.

(*a*) Sive ſummi & generalis ſive ſubordinato- 1

rum, seu qui minoris sunt auctoritatis, de quibus cap.6.theor.1. omnium enim exquisita vigilantia ac industria postulatur, ubi res cursoria pulchrè procedere inque suo flore conspici debet; sin secus, corruit, quicquid vel maximo labore & periculo est aut adinventum, aut extructum.

2 (b) Qui diu noctuque à mandatis Domini, ubi res exigit, esse tenentur, his herilis Imperii censores esse, aut ingenium heri immigrare, eoq; pacto extra sphæram suam divagari non licet, tametsi vel in equitando, vel id genus actionibus cursoriis aliis se aliquid sapere persuasum habeāt, sed spernendo duorum illorum nequam servorū Sosiæ & Dromonis (quorum Æneas Sylvius *in histor. de Eurialo & Lucretia, nuper eleganti carmine reddita à* Joh. Per. Lotichio *tertio. Med Doctore:* meminit) κακοδουλείαν, cuncta in Domini arbitriū statuendo rejicere decet, nisi ejus imperandi modus sit intolerabilis, & herus suos arctè nimis cohibere soleat, tunc, quomodo cum gratia dimittantur, occasionem quærere possunt; siquidem, *uti* Fran. Mendoza *S R.E. Cardinalis dicere consuevit*, qui est corde asinino & fronte caninâ, huic servire, uti noxium, ita nefas.

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Persona alia publica alia privata.*
2. *Posta sunt reservatum Principis.*
3. *Postarum ordinatio.*
4. *Privilegium Domus Burgundiæ ratione postarum.*

Nec

NEc personis publicis, neque privatis *(a)* Postas generales instituere licet. *(b)*

(a) Personæ aliæ publicæ sunt seu Dignitarii & Beneficiarii, atque adeò tales, qui vel aliis præsunt, & ita, licet ipsi sint subditi, separatim tamen, non collectim considerandæ; vel cum singulari honore in Republ. ceu personæ publicæ vivunt: aliæ privatæ, quæ alîus jurisdictioni subsunt, & œconomicum acquirendi genus sectantur. Keckerm. *system. polit. lib.* 1.

(b) Ubi Princeps sibi pro Regali & Reservato habet Reinkinck *de regim. secul. lib.* 1. *class.* 5. *c.* 6. *n.* 136. veterum Principum more, qui talis fuit, ut nec Tabelliones operam dare poterant perferendis sarcinulis aut literis vulgi, ita persuasum habemus quod apud Cassiodorum *Referentib.* Arnold. Clapman. *lib.* 1. *de arcan. Rerumpub. lib.* 2. *c.* 2. Adam Keller, *de offic. jurid. polit. lib.* 2. *c.* 13. Thom. Michaël *disp. de jurisd. th.* 12. *lit. I. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 43. Reinkinck *ibid.*

Theodoricus Rex in epistola ad Godiscalcum prohibet cursoribus plures res uno simul cursu peragere. Nullum, inquit, Præterea Saionum discursus facere patiaris, sed ad causam ad quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere vel redire. *Et paulò superius:* nostrorũ suggestione comperimus, cursuales equos frequenti usurpatione fatigari. Docet autem eam sententiã clarissimè Joh. Corasius *de contrib. c.* 2. *n.* 30. Solis Imperatoribus licebat uti veredariis in epistolis

transvehendis: aliis tantum impetratâ facultate, quam vocant Tractoriam. Et certa omnino res est; nam nec Ecclesiastici iis uti poterant, sed nunciis tantum Ecclesiasticis. Verba sunt D. Ignatii quæ *vide apud acta, si tibi licebit, in aula Cæsarea,* An die Römische Keyserliche Majestät unsern allergnädigsten Herrn gehorsambste Ableinung und Eventualschluß mit angehencktem Vorbehalt Ferdinanden / Freyherrn von Paarn / Ober-Hoffpostmeisters Contra Alexandrinam Grävin von Taxis / Tutorio nomine angemaßte Klägerin / *præsent.* 17. *Septemb.* 1641. §. der Reichsposten halben / *item* §. unnd ist man der Fraw Gegentheilin.

Decet, Beatissime Polycarpe, concilium cogere sacrosanctum; & eligere si quem habetis, qui possit divinus cursor appellari: quibus affinia sunt illa D. Cypriani, *idem ibid.* quoniam oportuit me per clericos scribere &c. necesse fuit novos aliquos constituere qui mitterentur. Et ritum hunc alibi observavit Cardinalis Baronius, *Mut. Surgens in add. ad N. Anton. Surgent. de Præf. Prætor. c. 26. in fin. de fol.* 446. *& seq.*

Igitur populo Cursus publici copia fiebat per facultatem Tractoriam; atque hinc optimo jure contigit, ut Principes Imperii Successores Summi ad hæc usque tempora cursum publicum tanquam jus sibi reservatum habuerint, & ne ullibi jacturam, sed potius, quantum possibile, accessiones facerent, vigilaverint; hinc, inquam contigit, ut ab Imperatore, pro suæ Majestati juris reservati defensione, anno 1574. cuidam

A. E. S.

A. E. S. sumptibus suis generales per Belgiam ac Italiam Postas paranti, id severè interdiceretur.

Quem in finem Imperator Matthias in informatione Bohemica promulgata asseverat, daß die Käyserl. Hoffpost ihrer May. und deß H. Röm. Reichs hohes Regal sey und desselben getrewe Churfürsten / und hochwichtige Sachen betreffe / Latin. rem cursoriam Aulicam, Reservatum esse Cæsareæ Majestatis & Imperii, negotia Electorum prægravia concernens. Item in diplomate de abrogandis Postis privatis & lanioniis Lincii 11. die Januar. anno 1614. ad Electores cæterosque Imperii Status dato, inter alia sic mandat: Darauff EE. LL. AA. und Euch hiemit freund- und gnädiglich ersuchende / von Röm. Keyserl. Macht ernstlich befehlende / und wollen / daß EE. LL. AA. und jhr niemanden dann offtgedachten Freyherrn Lamoraln von Taxis für den ordentlichen von uns confirmirten und bestätigten General-Obersten Postmeister im Reich und Niderlanden erkennen und ehren. Latin. Quare dd. VV. clementissimè rogamus & ex plenitudine Cæsarea iisdem mandamus, ne quem alium præter d. Baronem Lamoralium de Taxis Generalem à nobis constitutum & confirmatum cursus publici Magistrum in Imperio & provinciis Belgicis agnoscant. 4

Inclytam Domum Burgundicam privilegia quidem ostendere, tradit Casp. Klock, Das Generalat über die Posten im H. Reich und Niederlanden zuverleyhen. hoc est, *Generalatum Cursus* 4

publici S. Rom. Imperio & Belgio conferendi, quæ tamen hactenus edita originaliter non sunt. Ego haut ita pridem legisse memini Domum Burgundicam adeò anhelasse cursus publici etiam per Belgium directorium, ut ipsi Domini de Taxis non nihil applausisse viderentur, donec Sacra Cæsarea Majestas suo jure suaque potestate ac authoritate utendo, litem & causam ita dirimeret, ut dictos de Tassis, hanc rem suppliciter exorantes, clementissimè investiret, eosque in Imperio Generales Postarum Magistros hæreditarios & summos crearet, ex quo tempore, non fuit, qui quicquam oggereret, huiusvè Privilegii concessionem prætenderet. Einmahl weiln die Post eines Röm. Keysers sondere Hochheit vnd Regal zu advertentz vnd correspondentz zwischen grossen Potentaten in vnnd ausserhalb Reichs/ auch darnebenst ein solch Werck / so man bey der Keyserl. Regierung zu schleuniger Verrichtung nothwendiger Geschäfft / Fortbringung der Brieff / Diener und Gesanden ohnvermeidentlich bedarff / ja / welches in gemein allen Ständen vnd ihren Vnterthanen / so wohl deß Reichs Commerciis in viel weg nützlich vnnd bequem / dannenhero haben Anno 1570. Churfürsten / Fürsten vnd Stände deß Reichs Keyser Maximilian den Andern ersucht vnd gebetten / das Postwesen beym Reich zubehalten / dann Ihre May. weren es auch Ampts vnd Pflichten halber / als ein Mehrer deß Reichs zuthun schuldig / vnd könten es dero Nachfahren zum præjudicio in fremde Hände nicht kommen lassen. Latin. Cum

res

res curſoria publica ſit reſervatum Romani Cæſaris, ad communicationem & correſpondentiam Optimatum & Principum tam in Imperio quam extra illud plurimum faciens, resque talis, qua in aula Cæſarea ad celerem negotiorum expeditionem & literarum, miniſtrorum ac Legatorum transvectionem abſolutè opus ſit, quæ communi bono omnium Imperii Statuum, & ſubditorum, mercaturæq; publicæ multifariam inſerviat; ea de cauſa an. 1570. Electores, Principes ac ſtatus Imperii Cæſarem Maximilianum II. ſuppliciter convenerunt, ut rem curſoriam publicam Imperii ſartam tectam, ſervare vellet, prout Cæſarea Majeſtas, tanquam Auguſtus Imperii moderator, ex officio teneretur, in eoq; ſucceſſoribus ſuis præjudicium nullũ inferre poſſet. In regno Neapolitano poteſtas curſus publicos inſtituendi Archiveredario collata eſt, qui propterea *currerius major* vulgò dicitur, & hanc facultatẽ rerum vehendorum per regnum & extra id, magno ære locat. Eodem nomine Hiſpanicarum Poſtarum Generalis Magiſter Romæ degens (Marchio de Taxis) indigitatur.

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Praſcriptionis qualitates.*
2. *Regalia quomodo praſcribantur.*
3. *Acquiruntur Regalia conceſſione & praſcriptione.*

4. *Su-*

4. *Superioritas Principis nunquam censetur concessa.*
5. *Conceduntur Regalia aliquando per privilegium.*
6. *Praescriptione quomodo acquirantur Regalia.*
7. *Quomodo probetur praescriptio.*
8. *An ad eam scientia & patientia Principis sit necessaria.*

IMmemoriali tamen tempore (*a*) institutis præscribitur. (*b*)

1 (*a*) Omne præscriptionis tempus est continuum, nisi lege & jure expresse inveniatur cautum, quod debeat esse utile, *ut notat Dn.* Reinkinck *de retract. consanguinit. quaest. 7. n. 74. ex gl. in rubr. ff. de divers. & tempor. praescription.*

Nec præsumitur præscriptio. Gilhaus. *arbor. judic. civil. pag.* 537. Immemoriale tempus tantum tempus seu cursus temporis est, cujus memoria non extat. Schneidevv. *Inst. Summa autem divisio n. 66. de interdict.* Seu cujus initium non extat in hominū memoria & talis cursus regulaliter obtinet vim privilegii etiam ad regalia obtinenda juxta Canonistas *circa c. super quibusdam, §. praeterea. X. de VS.* unde etiam sit tempus longum, à tempore tamen longo & diurno propriè in Jure sic dicto, ita distinguitur, ut hoc decennio solum concludatur, *in princ. l. de usucap. l. diuturna ff. de LL. t. t. C. de praescript. long. temp.* quod communi-

muniter approbatum à Dd. esse testatur Abbas *in C. final. de consuet.* Mynsing. *in obs.* 41. *num.* 10. *cent.* 6. nec in Regalibus contra supremum Principem acquirendis, sicut consuetudo & præscriptio immemorialis, aliquid operatur. Immemoriali autem opus esse probatur *text. c. super quibusdam §. præterea. X. de V. S.* quod & Dd. communiter tradunt *in c. final.* Cravetta *cons.* 349. *num.* 9. *cons.* 814. *num.* 5. *& alii quos hic allegat.* 2

unde Baldus dicere non erubuit, temporis immemorialis circa regalia præscriptionem privilegio & speciali concessioni à Principe ex certa scientia habitæ æquiparari. *c.* 1. *num.* 3. *&* 4. *quæ sint regalia: & sequitur Schurpff. consil.* 90. *num.* 48. *cent.* 3.

Quo pacto autem in præscriptionis immemorialis materiâ articuli probatorii debeant formari & quæ inter immemorialem & centenariam præscriptionem sit differentia, vide Colerum *in c. cum à nobis &c. Audientiam de præscript.*

(*b*) Postam Regale esse, luculenter supra demonstravimus. Acquiruntur Regalia concessione & Præscriptione. 3

Schneidevv. *loc. cit.* Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 1.

concessione acquiri elucet è d. c. super quibusdam, quæ sententia tam est communis, tamque recepta usu, ut Principem Regalia concedere posse negans, in læsæ Majestatis crimen incidat.

Ripa *respons.* 60. *n.* 1. *per l.* 2. *C. de crim. sacril. c. si quis suadente §. committuntur* 17. *q.* 4.

Nec

Nec verò quocunque Regalium concessio fiat modo, ipsius Principis superiorem non recognoscentis superior potestas ea concessione censetur comprehensa, sed potius major quam concessa est, reservata & retenta

c.dudum §.nos igitur. De prabend.in 6. l. inquisitio & ibi Dd. C.de solut. Knich.*de jur.territ.c.*1.*n.*314.*& seq.* Mynſ.*obſ.*99.*n.*2.*cent.*6.

Sic ex Baldo notat Referens in causa Teutschen-Meisters contra Oettingen apud Meichsnerum *Tom.*2.*lib.*1.*decis.*6.*n.*83. Reink.*de R.S.& E. lit.*1. *cl.*5.*c.*6.*n.*119.

Quod quibusdam Cameræ Imperialis Assessorum votis comprobatur, quæ Sixtinus *de Regal. loc.cit.n.*3. cum pluribus allegat. Fieri tamen concessio debet, ne in Imperii, Regni vel Reip. læsionem aut præjudicium vergat,

Isern.*in c.unic.num.*3.*quæ sint Regal.* *Decian. resp.*2.*n.*168. *vol.*1. Capyc.*decis.*121.*n.*1.*&* 5.

quod ita se habet, si vel juramentum concessioni accesserit, *c. intellecto: ibi comm.Dd.de jurej.* Cacheran.*decis.*239.*n.*7.

5 Conceduntur Regalia aut per Privilegium, idque cum, vel sine lege; aut per investituram. Privilegium cum lege sunt Constitutiones Imperii, ut ejusdem Recessus, Aurea Bulla, &c. è quibus Electores jus fodinarum auri, & argenti, extremæ provocationis, habendorum Judæorum idque genus alia sunt adepti; quanquam in Constitutionibus quandoq; tantum privilegii sine lege mentio fiat, ut de jure monetæ cudendæ videre est in Edicto monetali de anno 1559. & in con-

Constit. Imper de anno 1556. & 1570. Beneficio Privilegii sine lege & constitutione multi Regalibus gaudent, experientia teste: per investituram 6
seu infeudationem Regalia acquiruntur & in feudum conceduntur: Schneid. *de F. part. 2. num. 94.* Schröd. *de F. part. 2. c. 1. n. 9.* Vult. *de F. c. 5. num. 6.* Gödd *conf. 2. n. 4.* interdum ea Regalia quæ antea per privilegium fuerunt obtenta, investituræ etiam inseruntur, & sic in feudum recognoscuntur, cujus rei multa extare exempla, seque ipsum talia privilegia & investituras vidisse asserit Regn. Sixtinus, *d. loc. n. 30.* ubi simul discrimen inter investituram de Regalibus & feudis Regalem dignitatem annexam habentibus sive Fahnlehen ostendit. Per consuetudinem Regalia acquiri probat, 6
d. text. c. super quibusdam §. præterea X. d. V. S. Quemadmodum verò qui in notoria consuetudine se fundat, eam probare non tenetur: Bald. *in l. 1. n. 5. C ad SC. Vell.* Gail. *obs. 31. n. 17. lib. 2.* Coler. *de process. exec. p. 1. c. 3. n. 50. & seq.* ita non notoria maximè probanda venit, non duntaxat in genere sed & in specie. Paris. *cons. 31. n. 14. vol. 2.* Rosenthal. *in Synops. feudal. c. 9. concl. 58.* Pruckm. *cons. 4. n. 21. lib. 2.* nec si testes ad eam probandam producantur, singularibus creditur, sed ut contestes illi sint, & tam in actibus, quam in usu actus concordent, requiritur. Bartol. *in l. de quibus n. 24. ff. de LL.* Sixtin. *loc. alleg.* nisi tamen consuetudo immemorialis sit contra supremum Principem (Regalium Brabeutam) nihil operatur. Idemque de præscriptione immemoriali sentiendum venit, *juxta eundem §. præterea.*

quem

quem tam de præscriptione, quæ hodie adhuc in usu est, & meritò quidem, quam de consuetudine Dd. communiter allegare solent, tametsi consuetudinis duntaxat mentionem faciat, quæ sententia optima juris ratione confirmatur, ea enim propter tempus immemoriale, quod utrobique spectatur & eadem vi pollet, eadem est, Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 5. de eo namque tempore expeditū est juris, id vim privilegii ac specialis legis & concessionis Imperatoriæ obtinere.

Bald. *in* §. 1. *circa fin. Quid sint Regalia.* Gozad. *concl.* 6. *n.* 37. *ubi addit, tempus immemoriale tantum posse, quantum Imperator cum causa, idque asserunt etiam* Janson, Balbus, Ruin. *& alii, præsertim* Crav. *cons.* 21. *n.* 12. *ubi insuper dicit, quod talis consuetudo antiquissima habeat per se præscriptionē juris & de jure.*

7 Quomodo verò talis Præscriptio, quæ quam minoris temporis, probatu difficilior, probanda? Sufficiunt & admittendi sunt vel haut nati annos quinquaginta & quatuor, ita ut de quadraginta annis præteritis testimonium possint perhibere,

Steph. Bertr. *qui à* Rutg. Ruland. *lib.* 7. *tr. de commiss. p.* 4. *c.* 8. *n.* 11. *doctissimus & integerrimus ICtus vocatur.* Ant. Bullæ, *resp.* 5. *n.* 21. *cum aliis quos ibi allegat.*

testesq; qui de hoc tempore examinantur, etiam de eo, quod in pupillari ætate viderunt, attestari possunt, ut communiter Dd. testantur.

Cævall. *quæst.* 45. *n.* 3.

Deponere tamen debent, communē opinionem esse & famam, nec de contrario usu extare memoriam

testesque ita semper vidisse & à maioribus audivisse, nec vnquam contrarium fuisse obseruatum.

Vt Comm. Dd. sententiâ de qua testatur Cachetan.*decis.*1.à 1.*n.*16.

Et de dicta communi fama & opinione particularis ac principalis est constituendus articulus, cùm generalis vltimus articulus, quo dici solet, de omnibus prædictis publicam vocem & famam esse, haut sufficiat

Signorol.*de Homod.cons.*70.*in quæst.vertente.n,* 19.*vers.nec obstat si dicatur.*Sixtin. *d. c. n.* 156. *n.* 21.Sixtin.*ibid.*

An verò ad præscriptionem immemorialem etiam scientia & patientia Principis eiusque officialium necessaria? Non! specialis namque concessionis ac legis (vti ostensum est) vim titulumque certum parit. 8.
Quod si autem de præsumptione dubium sit? ibi contra eam pronunciandum, & vt cesset, nec neganti obstet.

De interruptione præscriptionis videatur Schneidevvin.

*in. Instit. Imperial.lib.*2.*p.*308.§.3.*si totus.*

Nunc ad materiam nostram de Postis hæc applicando, etsi ante hæc Postæ præscribi potuisset, quàm Imperator eam pro Regali & Reseruato sibi habere cœpit, iam tamen hâc ex causa, materia omninò imprȩscriptibilis facta est, nec vlla hic immemorialis præscriptio vllum obtinet locum.

Mynsing.*obs.*28.*n.*6.*in fin.cent.*6.Pet.de Andlo, *de Imper.Rom.lib.*2.*cap.*8.

N THEO-

THEOREMA IV.

SVMMARIA.

1. *In quibus rebus feudum constitui possit.*
2. *An in rebus mobilibus?*
3. *Affirmativam amplectentes refutantur.*

NIl impedit quò minus commodè Imperator, Rex vel alius Magistratus summus alicui Postarum Præfecturam in feudum concedat(*a*)

(*a*) Tria illarum rerum, in quibus feudum con-
1. stitui potest, genera esse, è *tit.1.in fine lib.2.F. colligitur*, res nempè immobiles, res cohærentes immobilibus & res quæ immobilibus annumerantur Hunn. *tr.feudal.cap.9.in pr.*

2. In rebus ergò mobilibus feudum nullum consistit, nisi forsitan tales sint, quæ immobilibus æquiparentur Feuda enim in perpetuum dantur, res verò mobiles perpetuò remanere nequeunt,

l.si rem mobilem.ff.de acqui.poss.

Sed earum vsus in abusu est, hoc est substantia earum vtendo consumitur, idque à contrario sensu:

cap.vnic.§.fin.de Feud.cogn.t.t.ff.de vsuf.ear.rer. Zas.*part.4.n.21*

& quamvis res mobiles non sint fungibiles, quarum vsus esse possit salvâ substantiâ, tamen & harum rerum

rum ſubſtantia paulatim fit deterior. Vaſallus autem perpetuò vti debet, & quidem ſalvâ perpetuò manente ſubſtantiâ.

Weſemb.*in tr.feud.cap.*7.*n.*8.Rittersh.*in paratit.feud.cap.*7.*q.*2.Hottom.*in diſp.Feud.cap.*14.

Nec hâc parte Iohannem de Arcedura & Niellium multùm moramur, quorum hic *in diſp.* 3.*theſ.*3.*litt.A.* ille in concl. feud. *cap.* I. *concl.* 7. â nobis diſſentit: prægnatiores namque fovemus rationes. Ex his colligere eſt, quòd ſicuti Præfecturæ, Curationes, Magiſtratus & omninò honores atque munera Eccleſiaſticis, civilibus & militaribus in feudum dari poſſunt:

Giphan.*de iur.feudor.cap.*7.*n.*7.

Ita & Poſtarum Regale ius, prout & hoc ipſum à Sac. Cæſ. Majeſtate partim Comitibus de Taxis, partim comitibus de Paar infeudum conceſſum eſt.

THEOREMA V.

SVMMARIA.

1. *Subinfeudatio quando licita.*
2. *Cur M. Poſtarum non habeat facultatem ſubinfeudandi.*
3. *Cur eandem habeat, & quænam ſubinfeudationes non licitæ.*
4. *Oppignorari an poſtæ poſſint*
5. *An Alienari.*

GEneralis tamen Poſtarum Magiſter, abſq; conſenſu Domini, eam nemini in ſubfeudum dare (a)

nec vllum eius officium (Post-Ampt) in hypothecam committere (*b*) aut alio modo alienare potest (*c*)

1. (*a*) Omnis subfeudi concessio etiamnum hodie subsistit, modò tria ista quæ ad sub infeudationem constituendam pro forma observanda veniunt, observentur,

Borchold.*cons*.3.*q*. 1 *part*. 1. *vers*. unnd die erwöhlte drey *requisita*. Obrecht.*de iure feud. lib*. 3.*cap*.10.*n*.9.*pr*.

Primò nimirum vt fiat syncerè. 2. personæ ad servitia præstanda aptæ. 3. iisdem cum priori investitura pactis, vulgò, in aller massen / wie sie vom Reich ergangen/veluti Dd. communiter sentiunt.

quorum D. Guil. Antonius *à* Freundeberg *in additione ad c*.2.*tr.de subfeud*. Andreæ *Kohl. circa quadraginta citat*.

è. quibus requisitis si vel vnicum deficiat, non solùm subinvestitio de feudo nulla est, sed etiam Vasallus eodem per Dominum iure exui potest.

§.*similiter. verb. profectò*; *& ibi gl.& Dd. de L. Conrad.Schrad de F.part*.8.*cap*.2,*n*.14.Modest. Pistor.*cons*.47.*n*.12.*vol*. 2.

2. Videtur equidem Generalis Postarum Magister subinfeudandi arbitrium non habere, cum ipse Dn. Lamoralis de Taxis tunc temporis, quando coram S. Cæs. Majest. subfeudationis & alienationis à quibusdam insimularetur, ægerrimè id ferens, scripserit ad Ioh. Von den Birgden ita: Ist derhalben vonnöthen / daß ich mich von diesen falschen Aufflagen pur-

purgire/ welches für ein interim also beschehen muß/ daß ich von allen meinen im Reich gelegenen officiis eine attestation einziehe/ unnd selbige zugleich Ihrer Käyserl. Mäyst. zusende/ darauß mit Warheit zu bescheinen seyn wird/ daß mir nie in Sinn kommen/ meine Aempter zuver alieniren/ zu hypotheciren/ zu verpfänden/eine grosse Geltsumma darauff zu erheben/ und viel weniger in Afferlehen zu geben / &c. Latin: quare res expoſcere videtur, vt ab eiusmodi calumniis me purgem, quod hac ratione contingere interea poſſet, ſi ab omnibus meis Præfecturis ſeu Officiis in Imperio ſitis atteſtationes colligerem, ac Cæſareæ Majeſtati transmitterem, quibus palam fieret, nunquam me id animi habuiſſe, vt eiusmodi officia alienare, oppignorare, aut ſubinfeudare cogitarem.

Verùm ſi omnis ſubfeudi conceſſio etiamnum hodie ſubſiſtit, modò tria hîc allegata obſerventur. 3.
nulla prorſus videtur ratio, quæ Poſtarum Præfecto Generali, ſubinfeudandi arbitrium eripere poſſit, præſertim, quia quatuor invalidæ ſubfeudationis casus quos Iaſon

in cap. 1. in pr. n. 14. & ſeq. de his qui feud. dare poſſunt.

enumerat, præcipuè primus eorum, hic minimè reperiuntur: ij autem ſunt: quando in inveſtitura pactum, de non alienando reperitur appoſitum; tali namque modo cenſetur Vaſallo etiam adempta poteſtas ſubinfeudandi, absque conſenſu Domini.

in cap. 1. §. præterea. n. 3. ibid. Andr. Kohl. *de ſubfeud.*

subfeud.cap.3.in pr. Hanc opinionem Hartm. Pistor.*lib.2.quæst.44.n.30.*

Communem dicit; Secundus, cùm Vasallus subfeudum Ecclesiæ concedere vult, *idem n.36.*

Tertius casus est in feudo Ecclesiastico, quod vasallus ab Ecclesia recognoscit; id enim sine Prælati consensu in subfeudum concedi non posse, sub dubio sentire videtur Baldus *ibid.*

Quartus est in feudo Decimarum, quod Vasallus laicus in subfeudum concedere nequit Laico, *text. in cap.prohibemus 9.de decim.*

imò nec Clerico sivè Religiosæ personæ, siveEpiscopi consensu.

Textus manifestus in c.cum Apostolicæ 7. vers. nam & in Lateranensi iunct. vers. ult. de his quæ fiunt à Prælato sine cons.capit.

Quatuor hisce casibus Alvarotus *in c.1.§.penult. & ult.n.6.*Schenck *n.4.quibus mod.feud.amitt.* Curtius *de F.cap.4.n.84.vers.5.* Intrigtiolus *quæst. 53.num. 215.* Schraderus *part.8 cap.2.n.18.*

quintum & sextum adiiciunt, quorum tamen opinionem tutam non esse ait, Andreas Kohl.

de loc.num.14. idque probat, n.seq. adde additionem Guilh.Anton.*n.30.*

Nec literæ Domini de Taffis ad J. Birgden ad contrariæ sententiæ stabilimen quicquam faciunt, quia prædictus Dominus de Taffis, ne rei familiaris parum parcus audiret, eam insimulationem ægerrimè (nec immeritò) tulit, testatum quidem faciens, sibi simile quid in mentem aut mentum nunquam venisse, at propterea non

sequi-

ſequitur, quod facere non potuiſſet, quoniam multa poſſumus, quæ tamen nolumus. (*b*) Hypotheca eſt, quicquid obligationi ſupponitur, manente apud debitorem poſſeſſione. 4.

§. item ſervian. in fin. l. de act. l. ſi rem. §. 2. de pign. act. Weſemb. *paratit. ad tit. de pign. & hypoth. num.* 3.

Hæc ſivè Generalis, hoc eſt totius Juris Poſtarum omnium officiorum curſoriorum; ſive ſpecialis, vnius nempe vel alterius officii ſit, invito Domino hypothecæ non ſubiicitur, id quod è iam allegatis vernaculis clarum eſt, nec ei quod alienum eſt, licet alieno iuri applicare, quia ſatis abſurdum & irrationabile, rem quam quis in ſuis bonis purè non poſſidet, ad alios poſſe transferre, vel hypothecæ pignoriſve nomine obligare.

l. ſi duobus 3. §. ſed quia noſtra 2. G. comm. de legat. & fide ic. Fact. ſpec. cum deduction. iur. in Sachen Solm. Wittiben jetzt Frawen von Dolberg contra Solms *p. 27. infra.*

abſurdum autem & alienum à diſcretione naturali eliminantur.

l. 1. §. unde quæritur. ff. de publicam. Author. Deß gründlichen Berichts deß H. Reichsſtatt Friedberg Stand/regalien/ꝛc. contra die Burg daſelbſten *pag. 141. n. 35.*

(*c*) Alienatio non ſolùm actus eſt per quem Dominium transfertur, ſed etiam alios actus transferendi ſive iuris directi, ſive vtilis, ſivecuius cunque alterius. 5.

l. alienationis verbum ff. de V.S. l. jubemus. 14. C. de SS. Eccl. ibi. sub cuiuscunque alienationis specie.

Nec hoc vocabulo, distractionis tantum titulus, quo rei Dominium transfertur, vt est venditio, donatio, legatum, permutatio,

c. unic. in princ. de probib. feud. alien. Schneidew. *de action. familiæ hercisc. n. 23.*

Sed etiam quo ius aliquod conditur, vt oppignoratio, vsusfructus & aliarum servitutum constitutio, in Emphyteusin & dotem datio comprehenditur,

de c. unic. in pr. de prohib. feud. alien. per Frideric.

Qui alienandi modi omnes, si absque Domini consensu fiunt, prohibiti sunt, *cap. Imperialem de proh. feud. al. per Frid.*

Quia dominum contemnere videtur Vasallus, *c. unic. in fin. quæ fuit prim. caus. benef. amitt.*

at, contrà, cum voluntate Domini validi sunt.

cap. 1. §. si verò de alien. feud.

Et sic subinfeudatio etiam est alienatio, quanquam non omnimodam aut propriè alienationem dici velint Panormitanus *in d c. cum Apostolica.* Menochius *lib. 3 præsumpt.* 102. *n.* 13. Borchold. *d. F. c.* 8. *n.* 49.

Quæritur hic non immeritò: Annon ab alienationis vocabulo excludi debeat hypothecatio? Affirmant Niellus *disp. Feud. th. 7. litt. b.*

& Arumæus *d. disp. th. 6. & alij.* Negant Laudensis *ad d. c. vnic. de proh. feud.* Francisc. Hottomanus, *cons. 39. n.* 8. Vulteius 1. *Feud.* 10. *n.* 43. & Gœddæus

dæus *in d.l.alienationis verbum* 28.

Quibus ego aſſentiri malo & cum Gotf. Müllero dicere *diſput.feudal.7.th.6.in fin.*

Quid aliud hypothecæ jure conſtitutæ conſequens eſt, quam, ſi debitum ſolutum minimè fuerit, rem hypothecatam diſtrahere, diſtractioneque factâ debitum creditori ſolvere 1. Hypotheca igitur in effectu aliud nil quàm diſtractionem continet, und trägt die Verpfändung oder der Ein- und Ahnſatz die Vereuſſerung auff dem Rucken mit ſich: nec ab Hypothecatione ad ſubinfeudationem conſequens eſt, cùm inter eas legitimè factas, magna ſit differentia.

Theorema VI.

Summaria.

1. *De bonis in territoriis ſtatuum ſitis, tenentur Magiſtri poſtarum.*
2. *In perſonalibus exempti ſunt,*
3. *Et ſub Protectione Imperii & Electoris Mogontini.*
4. *Ad conſules Vrbium Imperialium non citantur.*

Poſtæ præfectura, ſive ſumma, ſive ſubordinata, Poſtæ Præfectum ſeu Magiſtrum à Magiſtratus, in cujus territorio agit, iuriſdictione, quo-

ad officium, & personam, in totum eximit.

1. Si verò proprias & sub civitatis iure constitutas possideat ædes, easque, vt patrimonialia bona, vel ipse vel per alios inhabitet, oneribus patrimonialibus incassum se subducit & vt civis, aut civilia bona possidens, in quantum ad talia bona, ac non aliter, forum loci ordinarium sequitur: ita enim videmus fieri in aliquibus Imperii Civitatibus, vbi Postarum Magistri, quia cives non sunt, ne-
2. que civilia possident, omnimodo foris exemptione tam pro se, quàm pro domesticis, iam pridem gaudent, nec immeritò, quoniam Magistratui subordinato, nulla fori iurisdictio, in Postarum Præfecturam, tanquam Imperiale feudum, neque in Præfectum, tanquam officialem Cæsareum competere potest, quod & passim in
3. aliis tàm Cæsaris, quàm Imperij ministris, in actuali officio pacis & belli constitutis observatur. Adde quòd Postarum Præfecti, tàm Generalis quàm subordinati, particulari protectorio Imperiali, aliisque multis exemptionibus & privilegiis generaliter gaudeant, ac proinde adversus Magistratus, in contrarium molientis, conamina tàm à Cæsareâ Majestate, quàm Electore Moguntino serio iverint defensi. Æræ Christianæ anno 1636. tertiò Januarij die Eminentissimus Elector Moguntinus Anselmus Casimirus Coloniâ ad Norinbergẽses his scribebat verbis:

Ehrsame liebe besondere: wir haben ewer Schreiben de dato Nürnberg vom 9. nechst abgewichenen Monats Decembris, zu recht eingelieffert/ empfangen

gen/ und darauß ablesend mit mehrerm verstanden/ welcher gestalt ihr Euch in dem beschwert befindet/ daß der jenige Käyserliche von uns an Euch in besten verschriebener Postverwalter Gisbert du Bois Euch mit keinen Pflichten verwandt/ noch sonsten in der Stadt Nürnberg gesessen/ derentwegen bitten thut / wir wolten es dahin richten helffen / damit jemand anders / so mit all solchen qualitäten versehen/an seine statt verordnet werden möge. Nun seynd wir zu allen billichen Dingen Euch zu gratificiren gnädigst geneigt / allein hat es mit dem Postwesen im Reich/ die Euch vorhin bekannte Beschaffenheit/ daß dasselbe immediatè von Ihrer Käyserlichen Mäyst. wie auch uns als Protectore, und dann von den ienigen / welchen höchstgedachte Ihre Käyserliche Mäyst. die General-direction darüber allergnädigst auffgetragen/ und jetzt bey den Gräffl. Taxischen Erben bestehet / dependiren thut/und also in deren Belieben ist/jemand zu solcher function nach ihrem gefallen/ ohne vorhergehende Ersuchung / da nur sonst die Person darzu genugsamb qualificirt/zu bestellen.

Weiln wir nun zwar nicht zweifflen/ daß berührter du Bois, seinem anvertraweten Ampt/ mit allem Fleiß werde ob seyn und nichts versäumen/ was zu Dienst Allerhöchst gedachter Ihrer Käyserlichen Mäyestät / unnd Beförderung deß gemeinen Postwesens in einigen Weg gereichen mag. Als sehen wir unsers Theils nicht / worinnen Ihr euch dißfals zubeschweren habt / sondern erinnern

Euch

Euch gnädigst/ ihr wollet dißfals keine fernere difficultät machen/ sondern den newen Postverwalter in seinem Ampt / gleich in andern Reichsstätten auch beschicht / unbeinträchtiget ruhig verbleiben lassen / wie Er dann zuversichtlich auch an seinem Ort zu keinem widrigen Ursach zugeben/ sich befleissen wird/ so wir Euch hiermit zur Wiederantwort/ in Gnaden und allem guten/ damit wir Euch ohne das wohl bey gethan / unverhalten wollen. Latin:

Dilecti, &c. vestræ de dato Norimbergæ 9. præteriti mensis Decembris, nobis exhibitæ suut, ex quibus cognovimus molestiam vobis illatam videri, quod noster vobis, commendatus, cursus publici Præfectus, Gisbertus Du. Bois nullo vobis jureiurando obstrictus nulla insuper bona immobilia vestra in civitate possideat; eamque ob rem enixè vos rogare, vt rem eò promovere dignaremur, quò alium dictis requisitis omnibus auctum eius in locum substitui detur. forrò omnibus quidem in rebus honestis ad demonstrandum vobis affectum nostrum clementissimè ferimur; at vero vti vobismet constat, res cursoria in Imperio eius est conditionis, vt immediatè à Sac. Cæsarea Majestate, nobisque tanquam Protectore, nec non ab illis, in quos memorata Sac. Cæsarea Majestatis Generalem eius directionem contulit, qui nunc hæredes Tassiani sunt, dependeat, quorum in arbitrio est, quemvis, modò requisitis qualitatibus ornatum, illi muneri admovere.

Cùm

Cùm verò animi minimè pendeamus dictum du Bois partes sibi demandatas, omni studio & industria implere, nec quicquam negligere, quod ad servitium Sac. Cæsareæ Majestatis & bonum rei cursoriæ publicum facere possit; ea de causa assequi non valemus, quâ in re injuriam vobis illatam conquerit possitio; verùm clementissimè vos commonefacimus, ne quas molestias moveatis sed novum Postæ præfectum officio suo, quod reliquis in vrbibus Imperii fit, quietè fungi sinatis, sicut & ille, quod speramus suâ ex parte querimoniis nullis ansam præbere studebit, quæ vobis in locum Responsionis, &c.

Idem extra potestatis suæ sphœram divagante 4
Francofurtensium Consule, hoc promulgari fecit Decretum: Dem Hochwürdigsten Fürsten unnd Herrn / Herrn Anselm Casimirn / Ertz-Bischoffen zu Māyntz / deß Heil. Römischen Reichs durch Germanien Ertz-Canzlern und Chur-Fürsten / unserm gnädigsten Herrn ist in unterthänigkeit vor und ahnbracht worden / welcher gestalt Burgermeister und Rath der Stadt Franckfurt vorlängst hin / der Römischen Kāyserl. Māyst. verordneten Postmeistern daselbsten Gerhard Vrintzen / durch einen gewissen Dienern in den Römer / vor den ältesten Burgermeister zu erscheinen / und seinen Befehl anzuhören / vorgebieten lassen / wann dann Ihre Churfürstliche Gn. sich deß Herbringens unnd Kāyserl. Freyheit / auch ihres hierbey: als Protectoris besagten Postregals versirenden interesse guter massen erinnern / unnd dannenhero zu mahl nicht nachgeben können noch wollen / daß diesem so hoch privilegirten Post-

regal

regal zu Præiudiß unnd Nachtheil dißfalls das geringste zugezogen werde/ solches auch bey Allerhöchst gedachter Käys. Mäyst. zu verantworten fast schwer fallen möchte/ als wird ErPostmeister in Krafft dieses/ dafern ihm wieder verhoffen/ dergleichen hier nechst mehr/von oberwehnten Burgermeister unnd Rath/sampt unnd sonders zugemutet werden solte/ sich zu Verhütüg besorgender böser cōsequenß keines Wegs einzulassen/sondern auff die erlangte Käys. Freyheit allerdings zu beziehen/ und darob wissentlich zuhalten wissen/ worbey Ihre Churfürstl. Gn. ihnen auch zu manuteniren/ gnädigst erbietig seynd: und man hat es ihme zu seiner Nachrichtung unverhalten wollen. Decretum per Reverendissimum unter dero eigen Hand subscription und üffgetrucktem Churfürstlichen Insigel. Maynß den 29. Tag Julij Anno 1638.

Latin:

Reverendissimo & Eminentissimo Principi ac Domino, Domino Anselmo Casimiro Archi Episcopo Moguntino, S.R.I. per Germaniam Archicancellario & Electori, Domino nostro clementissimo, humillimè denunciatum est, quòd Consules senatusq; civitatis Francofurtensis nuberrimè Sac. Cæsareæ Majestatis cursus publici Præfectum, Gerardum Bringen/ per ministrum suum ad curiam & consulem seniorem iussus accipiendi gratia vocari curaverint.

Quandoquidem verò dicta Electoralis Eminentia sua, antiquas consuetudines & Cæsarea privilegia, tanquam Protector rei cursoriæ publicæ clementissimè sibi in memoriam revocat, adeoque ferre nequit,

quit, vt quicquam in præiudicium rei cursoriæ publicæ tantis Privilegiis munitæ attentetur, & alioquin eiuscemodi factũ apud Cæs. Majestatem difficile excusata futurum est: eâ de causa Præfectus Postæ hisce commonefit, quòd si dicti Consules & Senatus in attentatis suis perseverarint, ne quâ in re se intromittere præsumat, sed privilegia Cæsarea alleget, in eisque se fundet, in quibus illum Electoralis Eminentia sua clementissimè sibi protegendum sumit. Decretum per Reverendissimum, &c.

Ipsa Imperatoria etiam Majestas onera & collectas à Senatu Norinbergensi Postarum Præfectis impositas hoc rescripto improbavit. Ehrsame liebe Getrewe / uns hat die Grävin von Taxis demütigst klagend zu erkennen geben / und wir haben es auch auß ewrem unterthänigsten Schreiben von dato 10. Nov. jüngst mit mehrerm verstanden / was gestalt ihr denn vorlängst hin / in unserer unnd deß H. Reichsstatt Nürnberg angesetzter newen Postmeistern Jacob de Febuers gleich andern Bürgern unnd Einwohnern zu collectiren / und ihme ein gewisses Schutzgelt jährlich zu erfordern gemeinet / mit gehöriger Bitte / wir solches als eine Ernewrung / unnd deß Reichs Post-regals Privilegien und Freyheiten zugegen / abzustellen gnädigst geruhen wolten.

Wann dann dieses und dergleichen Begehrẽ an besagten Postmeister / als welcher einig Bürgerl. Gewerb bey euch nit treibet / noch mit bürgerlichẽ Pflichten verhafft / sondern allein zu Beförderung deß gemeinen nutzlichen Postwesens dahin verordnet / Euch keines Wegs zustehen noch gebühren will.

Als

Alsbefehlen wir Euch hiemit gnädigst/ daß ihr ewres einwendens ungehindert / obgedachten Postmeister mit einigen Ahnlagen den Herkommen zu wider nicht beschweret / sondern denselben bey der hergebrachten Exemption verbleiben lasset. An dem vollziehet ihr unsern gnädigsten Willen und Meynung/ unnd wir seynd auch mit/ etc. Wien den 3. Februarij. Anno 1644.

Latin:

Dilecti, fideles, &c.

Comitissa de Tassis ad nos humillimè conquerens retulit, vti & nos è vestris de 10. proximè elapsi mensis Nov. intelleximus, quod Magistro rei cursoriæ in civitate nostra Norimbergensi, nuper è Præfecto Jacobo de Febuers ad instar vestrorum civium, collectas imponere, & certam pecuniam annuam Protectionis causâ ab eo exigere constitueritis, cui rei vti novæ & Privilegiis Postæ Imperialis adversæ remedium à nobis submississimè rogavit.

Quandoquidem verò eiusmodi attentata contra Postæ Magistrum, nullo civili negotio aut mercaturâ apud vos se implicantem, nec vllo sacramento vobis addictum, sed ad solam rei cursoriæ directionem destinatam vobis nullatenus conveniunt; Ideò clementissimè vobis mandamus ne, non obstantibus exceptionibus vestris dicto Postarum Præfecto, contra priscam consuetudinem vlla impositione negotium facessatis, sed exemptione & libertate sua quietè frui sinatis, &c. Viennæ, &c.

His susque deque habitis insecutum est Mandatum

tum Cæsareum pœnale, bey Poen 10. Marck löttiges Golds / von geklagter Anforderung deß prætendirten Schutzgelts gäntzlich ab- und einzustehen/ auch dergleichen sich hinfüro gäntzlich zu entschlagen, zu äussern und zu enthalten/ das angelegte Verbott wieder auffzuheben und abzuthun / unnd obbenannten Postmeister bey seinem anbefohlenen Ampt und Verwaltung ohn einigen Eintrag unnd Verhinderung geruhiglich seyn und bleiben zu lassen/ &c. Dat. Viennæ den 7. Junij 1744.

Latin:

Sub pœnâ 10. M. auri puri à dictâ prætensione pecuniæ Protectoriæ absistant, interdictum aboleant, & munere demandato Profectum Postæ sine molestiis desungi sinant.

Postea cùm nihilo seciùs per eandem lineam, motis sui reciprocaret sertam, & à vidua dicti Jacobi de Febuers recensque constituto Præfecto Postarum eius Germano Dn. Iohanne Abondio Somigliano (integritate & humanitate egregio viro) Senatus indigna postularet, Imperator clementiam severitati iterum præponens rescripto rem perficere tentavit, inter alia hæc continente verba: Wie wir nun mehr weder Euch noch einigen anderm Stand / über unser und deß H. Reichs Post-regal einige Jurisdiction oder gerechtsam nicht geständig/&c. Also uns diese ewre abermahlige wiedrige Ahnmaß und Bezeugung in dieser Sachen/ welche einzig und allein unser Käyserliche cognition unterworffen/ umb so viel desto mehr frembt vorkommen. Befehlen Euch derwegen hiemit gnädigst und ernstlich / daß

ihr nicht allein obgedachte Febuerische Wittib/ mit Absonderung deß Original-Testaments/weiters unbeschweret seyn und bleiben / unnd derselben die bey dem Banquier verbottene Gelder alsbald restituiren und außfolgen/ sondern auch so wol mehrbemelte Wittib/ als den jetzigen Postmeister mit Abforderung deß Schutzgeldes unnd andern Bürgerlichen onerum ferner unbeschwert und unangefochten seyn und bleiben lasset/ und das geschehe innerhalb zwey Monaten/ von der Einhändigung an zu rechnen/ an unserm Käyserlichen Hof Gebühr darthut unnd bescheinet/&c.auff unserm Königlichen Schloß zu Preßburg/ den 21.Febr.1647.

Latin:

Quandoquidē verò nec vobis nec vlli ſtatui Imperij circa Regale Poſtarum vllum ius, facultatemque concedimus,&c ea propter repetita hæc veſtra attentata, eâ in re quæ noſtræ ſolùm cognitionis eſt, tantò nobis graviora viſa ſunt. Quare mandamus clementiſſimè vt non ſolùm dictam viduam Febuerianam ab expeditione Teſtamenti Originalis in poſterùm liberam eique pecuniam apud Argentarium interdicto ligatam reſtitui permittatis, ſed inſuper tam dictam viduam , quàm modernum Poſtæ Magiſtrum, exactione pecuniæ protectoriæ, aliorumque onerum civilium ne moleſtetis,idque vt intra duos menſes ab inſinuatione harum computandos fiat,& in aulâ noſtra Cæſareâ ita factum eſſe à vobis doceatur,&c.Data Poſonij, &c.

THEOREMA VII.

SVMMARIA.

1. *Quinam sint superiores Præfectorum Posta.*
2. *Minimè id quidem Vrbes Imperii*
3. *Privilegia bene meritis à Cæsare indulta, quo animo suscipiantur.*
4. *Vtrum minùs damnosum, privatum, an totas civitates privilegiis donare.*

VTq; indultis ac Privilegiis à summo Magistratu Impetratis quietus fruatur & gaudeat, æquum est & iustum *(a)*

(*a*) Generale Postis Præfectorum indultum est, vt de rebus, Po stas seu cursum publicum concernentibus, præter Principem summum, aut (in Imperio Romano quidem) Eminentissimum Archiepiscopum ac Electorem Moguntinum, aut Generalem Postarum Magistrum, nemo cognoscere habeat. Proinde cum illustrissimus Comes de Tassis, çoram Consilio Imperiali aulico de his Suecorum verbis die Postmeistere sollen von gemeinen Beschwärungen der Stätte nicht eximiret seyn: vt & his: Daß die Anstellung gemeiner Posten eines jeden Orts Obrigkeit vertrawet werden soll / conquereretur, Cæsarea Majestas 9. Julij. 1647. decreto mandavit, vt suæ Majestatis Plenipotentiarij Monasterii & Osnabrugi probè vigilent, ne hæc vel similia Regali Cæsareo adversantia vires nanciscantur. 1. 2.

 Seria

Seria hæc Auguſtiſſimi Imperatoris voluntas etiam è ſententia in causâ Taſſis contra Cöllen Wiennæ die Martis 13. Auguſti 1647. adeoque noviſſimè lata elucet, tametſi prius Burgermeiſter unnd Rath der Stadt Cöllen in ſeiner Eventual Gegenſchluß-Schrifft contra Frawen Grävin von Taſſis, &c. in Conſilio Imperiali Aulico, 15. Maij, anni 1645. exhibit, ſequentia obiecerit:

Dem hieſigen Poſtverwaltern/ als einem Bürger/ die Bürgerliche correſpondentz ſchreiben/ mit gutem ſeinem/ und deß Amptes Nutzen/ zu gerechter Beſtellung über ſich nehmenden gemeiner Bedienten/ iſt in dieſes Orths ordentliche Obrigkeit auff einkommende Klagen befügt/ und ſchuldig auffrichtige trewe Bedienung anzuſchaffen/ unnd die vorſetzliche Mißdienung omni meliori modo zuverhindern und zu hintertreiben. Dann ſolte er diß falls oder ſonſten/ wegen eigener angemaſter exemption, uns in ſo viel nit unterworffen ſeyn/ wir im geringſten nicht mit ihm zuſchaffen/ unnd wie vorgeben wird/ Er als ein Bürger nicht pecciret haben/ unnd derowegen/ quando peccat contra id ad quod ſe obligavit nicht geſtrafft werden können/ ſo were uns als dem ordentlichen Magiſtrat die Billigkeit zu beförden/ und die Alte obſervantz/ neben guten Gewonheiten zu manuteniren/ gleichſam die Hand gebunden/ unnd aller reſpect benommen/ ſondern müſten zu all dem jenigen/ ſo Er ſeines gefallens anrichten würde/ entweder ja ſagen/ oder gar ſtill ſchweigen/ welches ſo wenig ſich reimbt/ als die jura, mit welchen die Verbrechen verblümet werden wollen/ und

kan

kan mit keiner Warheit gesagt werden / daß wir zu einiger uns mit zustehender administration, uns ingerirt / Gewalt geübt unnd wieder alle Notturfft gehandelt haben sollen / ꝛc.

Latin:

Magistratui vrbis huius, ad querelas oblatas facultas est, Præfectum Postæ tanquam civem & publicum ministrum ad fidelem operam navandam adigendi & negligentiam commissam omni meliori modo corrigendi & castigandi. quodsi enim ob allegatam exemptionem iurisdictioni nostræ ne in tantum quidem subiectum eum esse, nobisque nullum cum eo negotium intercedere contingeret, nec ipse, vt prætenditur, tanquam civis peccasse censendus, eamque ob rem, quando peccat contra id, ad quod se obligavit à nobis minimè castigandus esset nobis ceu Magistratui, iustitiæ administratione & priscæ consuetudinis ac observantiæ tuitione quodammodo interdictum omnisque respectus & Autoritas ablata, nihilque aliud reliquum nobis foret, quàm omnia eius sequiora facta vel approbare vel silentio saltem involvere, quod ab omni ratione æque absonum & alienum est, ac iura & privilegia, queis peccata excusare student; nea vllatenus affirmari potest, vlli nos incompetenti administrationi ingessisse, vi processisse, aut non ex necessitate egisse, &c.

Dicta verò sententia definitiva est & huius tenoris; In Sachen Lamoralis Claudij Graven von Taxis, Klagers an einem / gegen und wider Burgermeister und Rath der Stadt Cölln / beklagte andern

Theils/wird allem Fürbringen nach zu recht erkant/ daß denen beklagten nicht gebühret / die auff der Reichs-Post nacher Cöllen ankomende in Holland gehörige Brieff/auß dem Post-Ampt daselbst abzufordern weniger mit Gewalt herauß zu nehmē/uñ die freye Reichs-Post durch Soldaten unnd ihre Stadtbotten bey der Pforten auffzufangen / die Brieff eigenthätig hinweg zu nehmen / unnd deren transport in Holland/ auß einer/ den außgangenen Käyserlichen Patenten unnd Mandaten zuwider/ angemassten Gerechtigkeit/ ihren Stadtbotten zuzueignen / noch darüber den Postmeister Corsfelt/ umb Willen / Er seinen Pflichten Gemäß / dieses nicht gutheissen wollen / mit einer Geltstraff zubelegen : Sondern daß sie hieran zu viel und unrecht gethan / unnd derowegen nicht allein sich hinfüro dieser unnd dergleichen straffmässigen Eingriff in das Käyserliche Post-Ampt / bey Poen / in obgedachten Käyserlichen Patenten und Mandaten/ angesezt/ zu enthalten / sondern auch dem Postmeister Corsfelt die abgenommene Straff wiederumb zu restituiren unnd zu erstatten; Da sie aber wider das Käyserlich Post-Ampt einige Klag oder Beschwerden zuhaben vermeinen/ solche gehöriger Orten / der Gebühr vor- unnd anzubringen ; So dann dem Kläger die in dieser Sach auffgeloffene Unkosten / nachrichtlicher Ermässigung zu bezahlen schuldig seyn sollen.

Hinc discant quos scio in aula Imperatoria esse accusatos , eò quòd suos Postarum Magistros mul-

ctave-

ctaverint, multis modis afflixerint, discant, inquam, falcem suam ab aliena messe retrahere, etsi velint obsequiosos habere cives ac subditos, ipsimet quoque suo Magistratui, hoc est summo Principi ante omnia obsequium debitum præstare, illud: I Præ, sequar, recolentes, & quod posse malum facere, nequaquam sit potestatis, sed infirmitatis

c. principium §. charitas, de pæn. dist. 2.

quòdque ipsissimi rationibus bonorum Reip. sint obnoxij

Franc. Munnor *a' Escobar. de ratiocin. admin. c. 3. n. 10.*

Quoad Privilegia animadverti, eò invidiæ, ne dicam reprimendæ contra sacratissimam eius Maiestatem inobedientiæ ac elusionis pestem sese extendere ausam esse, vt, quam primùm à Cæsarea Majestate privatus hoc vel illo clementissimè donatur privilegio, statim primorum quorundam suscipiat simultates, qui eum, si illis vtitur, vi incursant, vel saltem minaciter agunt, nescio quos scrupulos ex alto sæpe repetitos inijcere quæritantes; quasi verò Romanorum Imperatori non priùs privilegiis atque præmiis quempiam afficere liceat; quàm hoc ab iis (minorum Gentium Diis) exorarit. Sed & Plebeij, si vel minimùm quid habuerint contra cursus publici officiales primorum vel instigatione vel continentiâ saltem adacti haut segnes sunt, ad forum competens globatim concurrendi, & exosam sibi exemptionem convellendi. Multorum eò crevit livor, vt, quos per veritatem mali arguere non possunt, privatis detractionibus lacerent, 5.

quas tamen probi damnant, innocentes despiciunt, conscientiâ tuti.

Vtrum veò minùs damnosum est, privatumne an totas civitates privilegiis donare? De illis civitatibus quæ suum Principem non verbo & simulatione, sed revera eunt honoratum & adiutum, nolo quicquam dictum: At his quæ tàm facilè & contra conscientiam (contra quam omne, quod fit, ad gehennam ædificat

c. litteras.12. & de concess. præbend. Schneidevv. *in tit.1. de nupt.*)

posthabitâ omni Cæsareorum Regiorumque beneficiorum memoriâ spretâque iuramenti religione, quo Deo & Principi sunt obstrictæ, cum Majestatis & Imperii seu Regni hostibus colludere stareque, & vbi Boni erga Principem sunt, non tàm suo proposito, quàm metu Boni deprehenduntur, dumque Imperator aut Rex est in possessione mandandi, ipsæ in possessione non obediendi sunt, nil quicquam privilegiorum, regimen & potestatem earum amplianti-um, largiendum esse putarem, in primis, cùm neminem sanæ ac erga summum Magistratum integræ syncerǽque mentis diffiteri posse existimem, quod, quemadmodum, quo auctior factus est olim populus Romanus, eò Resp. magis est facta popularis, sicut, quò plus potestatis & iuris plebi adiectum, hoc plus senatui detractum;

Bernh. Sutholt. *disp* 1. *Instit. aphor.* 74.

ita, tantò potestatis Principis nervi constringantur ac debilitentur, isque vi sua semetipsum exuat tantò, quantò pluribus subditos vniversitatem constituentes privilegiis aut immunitatibus induit, vnde post-

modum

modum subsequens Imperii Regnive imminutio, cuius causâ fertur Maximilianus I. Carolum IV. Imperii vitricum appellasse;

Taceo, immunitates tales aliquando ab hoc vel illo etiam Magistratu haut solùm magis in suum quàm concivium commodum, sed & in palpabilissimam potestatis ac authoritatis Cæsareæ & Regiæ perniciem atque destructionem torqueri.

Theorema VIII.

SUMMARIA.

1. *Privilegia cursorum cur à Magistratibus locorum sint manutenenda*
2. *Ratio Edicti Prætorii, quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.*

IMò à Magistratu loci contra impugnantem, aut, quo vult, modo molientem, seriò defendendus. (*a*)

(*a*) Saltem in honorem & reverentiam S. Cæs. Maj. si non ampliùs se obligatum somniet, In primis autem vbi ab illâ hoc ei specialiter mandatur. Veluti factum aliquoties, præsertim Senatui Norimbergensi, mense Januario 1624. Junio 1644. Novembri 1646. vt supra dictum. Sed & ob hanc summam æquitatem: Magistratus namque subordinatus obligatur ad executionem & manutentionem mandato- 1.

9. *Milites gladios cur gestent,*
10. *Miles Doctori an sit præferendus.*
11. *Quando cœperint Doctores creari.*
12. *Doctorum priuilegia adhuc hodie seruanda.*

VT annulis (*a*) gladioq; (*b*) cinctus incedat, à iure non est alienum (*c*) licet Nobilis, (*d*) Doctor (*e*) Senator vrbicus (*f*) aut Miles (*g*) non sit.

(*a*) Qui fabulosa consectati sunt, suis ea voluminibus complexi, coronarum in ludis eam fermè originem tradidere. Prometheum cum Iovi Parcarum sortem de Thetidis filio patefecisset, quem patre illustriorem ampliorémque futurum cecinerant, ab eo vinculis liberatam: eâ tamen ratione, vt annulum lapide ex ferro compactum gestaret, ne omninò pœna videatur exsolutus, quod & primum annulorum agnoscitur initium. Ludov. Cœlius Rhodiginus *Antiq. lect. l. 6. c. 19.* 1.

Scribit, Damis sapientum Indórum Principem Jarcham tàm scitè tamque doctè annulos septem compegisse, qui & stellarum septem nominibus essent præsignes, vt Appollonium Tyaneum dono acceptos singulis iuxta dierũ nomina eos distinguens, gestasse, proditum sit. Batti annulus apud Cyrenæos gratitudinis atque honoris argumentum habuit, cõdita ab eo Cyrene, ex respõso, sicuti Aristoteles quoq;

com-

comminit: quo nomine civitatis consensu, conflatus est annulus civium conditori suo veluti parenti, Silphium offerentium nota, quod esse inter olera constat preciosissimum, comici veteris adstipulante versiculo, quo ait: Ne Batti quidem Silphio adduci posse, vt faceret, quod rogabatur. Cæterum, auctor est Historicus Dion, nemini veterum Romanorum præter Senatores ac Equites, qui primum ac secundū apud Romanos faciebant ordinem; tertius enim Plebis erat, in quo numero Quirites & qui ex aliqua tribu essent, atque cives Romani dicebantur.

Zas. *in l 2. de origin. iur.*

2. Et quorum insigne erant annuli aurei, quibus à plebe distinguebantur) aureum gestare annulum fuisse permissum: propterea libertis annulorum ius ob iis modò Datum, qui Imperio forent potiti. Quamobrem Sexti Pompeij libertum Menam ab Augusto aureis annulis ornatum, idem prodidit Dion; erat verò is transfuga. Porrò cum idem Augustus non sine vitæ periculo ægrotaret, iam iamque conclamatus videretur, saluti ab Antonio Musa est restitutus ψυχροποσίαις καὶ ψυχρολουσίαις, quo nomine pecuniâ est ampliter donatus & annulo aureo, quoniam erat libertus. Concessum & idem iuris non præsentibus modò, sed & futuris, qui Medicos se profitentur, Cæl Rhod. *d. l. c.* 12.

Sic, qui annulorum aureorum ius apud antiquos impetrârat, vt ingenuus habebatur; fuit præterea annulus signum fidei in his verbis: dat annulum, ne rursus à Patre, perfidiâ duce, discedat, quod vetustissimum signum Theognis Gnomologia indicat;

Κύρ-

Κύρνε σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφηγὶς ἐπικείθω
Τοῖς δ' ἔπεσιν, λήσει δ' οὔποτε, κλεπτομένη.

(*b*) Perſæ omnes inter epulas feſtosque dies cum 3
gladiis eſſe cernebantur, veterum Græcorum more ab Athenienſibus deſito primùm, vt Author eſt Thucydides. E contra, moribus Romanis nemini in publico cum gladio incedere licebat, præterquam militibus, quibus etiam conceſſum fuiſſe, cum Caſp. Barthio.

Adverſar. lib. 53. c. 9.

exiſtimo, eos qui milites non eſſent, tali aliquo cinctos prodire viſos ex armare & malo inſuper mactare, apud Petronium. Satyric.

Huius farinæ quidam ita loquitur: gladio cingor latus, & ne infirmitas militiam perdat, cibis excito vires; mox in publicum proſilio, furentisque more omnes circumeo porticus. Sed dum attonito vultu efferatoque nihil aliud quàm cædem & ſanguinem cogito, frequentiusque manum ad capulum quem revòveram, refero; notavit me miles, ſive ille planus fuit ſive nocturnus graſſator; &, quid tu, inquit, commilito? ex qua legione es aut cuius centuriæ? cùm conſtantiſſimè & legionem & centuriam eſſem ementitus: age ergo, inquit ille in exercitu veſtro phocaſiati milites ambulant? cum deinde vultu atque ipsâ trepidatione mendacium prodidiſſem, ponere iuſſit arma & malo cavere. Deſpoliatus ergo, imò præciſa vltione retro ad diverſorium tendo, paulatimque temeritate laſſatâ cœpi graſſatoris audaciæ gratias agere, &c. Quantum autem apud Lacedæmonios clypei amiſſio dedecus fuit, tan-

tantum apud Romanos gladii, id quod docet Apuleius *l.9.* vbi militaris sacramenti genus, ob amissam timetur spatham. Hic nos non disputabimus cum veterum morum observatoribus, vtri lateri prisci gladios sueverint accingere: facilè enim omnem controversiam Alcimus Avitus tollet, qui l 5.

Arma ferunt humeris, enses & Bulthea lavo
Accingunt lateri

Et Sidonius:

——bullis hostilibus asper
Applicat à lana surgentem baltheus ensem.

Cæterùm, armorum gestatio iure civili regulariter omnibus privatis est prohibita, nisi quis peregrè proficiscens vel aliàs sui defendendi, causa armorum vsu indigeat,

l.1.& t.t.C.vt armor.vsus. vbi David. Mævius *part.1.tit.2.art.1.n.34.*

quo nimirum homicidiis vel saltem tumultibus occasio omnis præscindatur. Quomodo tamen doctores eximantur mox dicetur.

4. (*c*) Aut adversum, non scripto præsertim: consuetudine enim hodie in Germania (quæ, cùm armis cœperit, creverit, floruerit, eaque inter præcipua duxerit *vt ex Tacit.de morib. Germanorum videre licet,* dictam prohibitionem nulla admisit, inter infames notas & supplicia exarmationem numerans: inque Camera Imperiali cum causa Pappenheim contra Algew de rusticorum iure inportandis armis disceptaretur, pro his ex vsu vulgato iudicatum fuit)

vt

vt refert & firmat Rütg. Ruland. *in quaest. iuxta modum in Camer. inter referend. vsitat. resolut. q.* 2.

introductum esse videmus, plurimos Postarum Magistros propter officii splendorem & forsan etiam hæc vel illa privilegia, quæ à S. Cæs. Majestate sunt consecuti, ense alligato incedere.

(*d*) Fons & causa nobilitatis est primum virtus: 5.
hinc Papa Gregorius IX. non generis sed virtutum nobilitas vitæque honestas gratum Deo faciunt. deinde, summi Principis, qui omnis dignitatis, adeoque & Equestris caput est, *l. Nemo præfectus* 5. *C. de dignit. l.* 12.

Et honestos ac virtute præditos à plebeiis civili dispositione secernit, ac eximit iisque Nobilitatem confert, *l.* 2. *C. vt dignit. ord. servet.*

Vnde se ipsum Nobilitatis seu nobilitatorum Patronorum Amatorem & Promotorem agnoscit & prædicat.

Außführlicher Bericht und Antwort / der Politischen Frag / ob deß H. Reichs Freyer ohnmittelbahrer ritterlicher Adel ein Stand deß H. Römisch Reichs sey?

Quoad solam virtutem Nobilitas est iuris Gentium, quoad Imperatoriæ verò Regiæque Authoritatis accessionem, iuris civilis; plerorumque Regnorum fulcrum est Nobilitas, ad subitos motus internos externosque reprimendos opportunissimum: si benè habeatur, fida Principi; si malè, indolet quidem, decoquit tamen; nec infida facilè nisi contempta & in præceps acta: non eadem speres de populo, de Plebe, de servilibus ingeniis.

Franc.

Franc.Zyp.*in tr.de Iudic.lib.3.c.10.n* 14.
Idem hoc gloriosissimus Imperator Carolus V. Belgarum Princeps, rerum omnium prudentissimus æstimator, perbellè agnovit, Nobilitatem pro meritis semper æstimans, firmamentum potentiæ suæ esse in Belgio credidit, quando Belgium toties vndique turbatum pro summa securitate præter limitanea subsidia continua, muniendum putavit equestribus turmis quas ex Nobilitate conscripsit, atque hodie *Bendes d'ordonnance* vocantur, numeros militares trium millium complectentes quarum vsus per 25.& amplius annos ob temporum incommoda intermissus, quasi postliminio reversus & quamvis è tyrocinio ferè prodiens, docuit tamen ante aliquot annos ad Bredam, quanti fuerit momenti, quàm salutaris, quàm vtilis commeatibus, qui per tanta spacia advehebantur, tutandis, quos adeoque impossibiles contra præsentem exercitum semper crediderat Mauritius eo solo errore & tersine successu tentatæ Arcis Antverpiensis deceptus & amissæ vrbis iacturâ mulctatus, quàm initio alioquin multorum insignium Ducum iudicio potuerat servare. Probat Kirchnerus, Germanorum Nobilitatem omnium antiquissimam esse *in diff. Polit.* 12. vbi eam αὐτόχθονον & indigenam nominat. Tametsi verò ob frequentiora duella & homicidia ensium gestatio vel ipsis Nobilibus in quibusdam exteris locis Italia, Gallia & aliis sit vetita, Casp. Klock. *de contrib.cap.* 3. *num.* 318.

In Germania tamen Humanitatis & Conscientiæ magis studiosa, Nobilibus enses gestare licet, si libet,

libet, nec unquam prohibitos legi etsi quoad judicii forum, vbi quandoque gladium deponere tenentur &id quidem sine vllo dedecore possunt Tiraquel. *de Nobilit. c.*20.*n.* 73 non procedat.

(*e*) Doctores, genere nobilium privilegiis vtuntur, fruuntur, 6.

> Policey-Ordnung *de anno* 1577. *item reformation* guter Policey zu Augspurg *de anno* 36. *tit.* vom Adel.

hinc Nobilibus æquiparantur, præferturque Nobilis qui simul Doctor, ei, qui Nobilis est tantùm,

> *R.I. de anno* 1500, Aug. Vindelic. *habit. in* §. *item*, sollen jederman *in verbis*: und sonderlich sollen die vom Adel die nicht Ritter oder Doctor seynd.

Et talis duplici Nobilitate animi sc. & politica seu civili effulget Alex. *cons* 94. *vol.* 1. id quod D. Joachim. Mynsinger à Frundeck agnovit, de se dicens:

> *Cur fiam Doctor, cùm iam sim Nobilis, optas Noscere? dat Doctor veram mihi Nobilitatem;*

Der Doctor und Cantzler haben mir den Edelmann wieder gebracht.

> Joh. Leib. *in student. n.* 194.

de hac Nobilitate per virtutem, eruditionem & præclara facta comparatâ, elegantes sunt versiculi, cum Latini, tùm Germanici, quos quandoque in Eminentissimi Electoris Moguntini arce Hostiensi (Höchst) propè Francofurtum ad Mœnum (à temerariis quibusdam vicinis suis è mera petulantia & odio, Vulcano misere immolata) legi ac notavi:

Est melius clarum fieri, quàm tempore nasci,
Virtutem, si vis Nobilis esse, cole.

Edel werden ist viel mehr
Dann Edel sein von Eltern her:
Der ist recht Edel in der Welt/
Der Tugend liebt und nicht das Gelt.

Quis igitur malè vertat Hostiensi

in c. venerabilis, de præbend.

scribend: Nobilitas stercus est, nisi habeat virtutis concomitantiam. Nobilem itaque neque alio munere à Principe honoratam, neque bonis litteris vel nobilibus moribus tinctum, Doctori præferendum esse, multi negant, sicuti & eum qui tantum Doctor est, illi (cuiuscunque sit Facultatis) qui & Doctor & Nobilis; vel qui & Doctor & Consiliarius Principis: vel qui Comes Palatinus Cæsareus, qui teste Peregrino,

Cons. 48. *per tot. l.* 1. *&* Nolden. *de stat. Nobil. c.* 10. *n.* 408.

quemvis Doctorem præcedit, & sic deinceps. Tralatitium enim est, duplici dignitate (docturam autem seu Doctoratum Dignitatem esse, latè demonstrant Bartolus in procem And. Mynsinger, *cent.* 4. *obs.* 31. Alexander *cons.* 15. *incip. viso processu n.* 11. *v. quia cùm Doctoratus & cons.* 94. *in c. consideratis* 115. *n.* 2. *ibi. sed ita est. vol.* 1.

Baldus

in l. 1. *ff. de l. & l. n.* 18. *v. & vocatur*

& Iason, *in l. cum quis.* 29. *C. de pact. n.* 4. *v. cùm Doctoratus. Quod & clarum fit è c. quanto.* 3. *X. de Magist. & l. Medicos C. de Profess. & Med.*

Cum aliis permultis)

Casp.

Casp.Klock. *de contrib.c.55.per tot.* & Theod. Hœping.*in insigni de insignibus tract.c.2.§.6.s.6. membr.2.n.615.* Ruland. *de Com.p.1.l.7.c.2. n.7.*

coruscantem, ei qui alterutra tantùm gaudet, præferri

l.1.C.de silentiar.l.12.l.1. versic. sed compendium C.de primic.de l.maior dignitas3.C.de dignit eod.l.

& duo vincula vno plus ligare.

§ sed hodie 2.v. quia autem concurrunt.l. de Adopt.

Anne verò Doctor tàm est Nobilis, quàm qui Nobilis ortu & cuius parentes & maiores à summo Principe sunt civiliter & politicè nobilitati, vel qui ipse hoc modo est nobilitatus? Non asseruerim, cùm huius posteri & descendentes etiam audiant nobiles; illius nequaquam, sed moriente Doctore, moriatur quoque eius Nobilitas, quæ propterea temporaria est, nec inscitè arbor sine fructu appellari posset.

Lans *de Academ.pag.51.G.V.H.* Megapol. *discursu de Nat.& stat.Nobil.ac Doct.*

inter ipsos tamen Nobiles, quoad statum & conditionem magnum est discrimen; quidam enim in Imperio Imperatori, mediatè sunt subiecti, vt Landsassii 7 qui sunt homines iurisdictionales, quibus in omnibus præcipi potest:

Casp.Zigler.*ad prax.aur.* Calvol. §. *Landsassii* Gylman.*l.1.decis.camer.46.n.32.*

quidam verò immediatè, qui inter status Imperii antiquitus, cum suo omniumq; Imperii statuum supremo capite, Cæsarea Majestate, numerati Civitatibusq; etiam Imperialibus ante positi leguntur, vt-

pote Liber Imperialis Ordo equestris Rhenanus, Suecicus & Franconicus, cuiusmodi Nobilium castra ac civitates eodem gaudere, asserit Gail. privilegio, quo Liberæ Civitates Imperiales, *obs.* 62. *num.*3.

Sed ad rem propius! in Imperio vltra hominum memoriam Juris Medicinæque Doctores honoris ergò ensibus cincti incessêre, quod & adhuc in plurimis Germaniæ locis observatur. In Italia autem, Hispania, Gallia & alibi nullis induuntur gladiis, sed togati incedunt, tanquam Clericorum numero adscripti. Arma tamen quovis tempore & loco gestare Doctores possunt, vbi volunt *l.fin.C.de prapos. sac. cubic.l.*12. vt & aureas catenas, annulosque aureos,

Const.Imp. *in Comitiis Francof.de An.*1577.

omnibusque frui privilegiis, quæ militibus non propter imperitiam iuris, sed dignitatis vel publicæ vtilitatis causâ, concessa sunt

Bart.Cynus.& Salicet. *in l.*1.*C.de iur. & fact. ignor.*

Et quidem quoad ius gestandi arma, hoc non solùm in Dd. sed & eorum filiis obtinere, volunt quidam *arg.d.l.fin.* Ex quo armorum gestatio permissa esse deducitur, generalis est & idcircò generaliter de Dd. non modo pro Cathedra Academica docentibus seu profitentibus, sed & Advocatis qui ipsi militare gloriosæque vocis munimine laborantium spem, vitam & posteros defendere perhibent, intelligenda.

famigeratissimâ l. Advocati 14.*C.de Advoc. div. jud. Guid.Papa decis.*88.

hæc de gladio honoris; nunc de gladio oneris seu officij.

(f) Officii gladius Magiſtratui & militibus debe- 8.
tur. Magiſtratum gerentes vel nobiles ſunt vel ignobiles. Illos cum enſibus eſſe iam antea decet, & plerumque à pueris ad Rempublicam ſunt formati, pridem in ea verſati, pluribus cingulis vſi, gradatim provecti, per virtutis ad Honoris ædem ducti, qui aliam poſt alium ſibi peperere Magiſtratum, ſemperque in poteſtatibus eo modo agitavêre, vt ampliore, quàm gerebant, digni haberentur; qui non tantum res oculis viſas, manibus, tractatas nôrint, ſed & maiorum geſta hiſtoriaſque domeſticas atq; externas, qui conſiliorum ac eventuum commoda atque incommoda animadverterint, quæ morâ, quæ feſtinatione conſilia fuerint corrupta, vt opinatur Fr. Zypæus, *de iudic l.4.c 33.n.16.*

Ignobiles hoc eſt qui neque Gentili, neque civili nobilitate neque gradu litterario ſublimi coruſcant, non minus ac alii gladiis ſe cingunt, præſertim quibus officia publica, vt Prætura, Conſulatus & huiusmodi alia credi poſſunt; vbi nota quæ dictus Zypeus (Protonotarius Apoſtolicus & Archidiaconus Antverpienſis) in ſuo, de iudice Magiſtratu & Senatore, tractatu habet: Magiſtratuum (inquiens) dignitas vileſcit, ſi indigni ſint, qui ad eos aſcendunt, &c. *l. nequis C. de dign. l.12.* Sed eligendi ſunt ad regimen apti: quales namque ſummi civitatis viri fuerint, talis civitas erit.

Dionyſ. Gothofr. *ad L. L. XII. tabul de Senator & Sctis.*

——nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent, quàm vita regentum Claudian.

Quamvis obliq; ab indoctis etiam inſtrui poſſe doctrinam

Ian Grater.*in Not.ad.3 floril.partem.*

fatendum sit, iuxta illud Plutarchi semel iterumque vsurpatum: *etiam ex asini ossibus, parata canora pulchrè fistula est.* Risum aliquando mihi movit vbi iustitiæ simulacri lapidei oculos Syndone seu calyptra vidi obvelatos, cùm tamen illa iam antea non videat & potius iudicum oculi in curia debeant esse obvelati, ne affectibus suis indulgeant seseque decretis & sententiis suis (suis, inquam, non iuris) prostituant. Quoad reliqua, quemadmodum vniversitas vel in abstracto vel in concreto consideratur.

Nicol.Losæus *de iur. universit. part.* 1 *c.n.* 10.

ita & Magistratus; qui in abstracto quidem semper est ordinatio divina, at in concreto non semper. Quis enim sapiens illos qui vel sola σπȣδαρχίᾳ vel solâ coniunctione, vel muneribus aliisque mediis illegitimis Magistratum adipiscuntur, ordinationem divinam diceret?

9. (g) Miles vbi publicâ functione tenetur legitimamque accepit potestatem, & offendendi & defendendi gratiâ gladio vtitur. ita tamen, vt intra terminos vocationis maneat, id quod hodie, proh dolor. apud plurimos exercitus omnium minimè videmus observari, sed potiùs latrocinia, furta, deprædationes, rapinas, incendia, præter omne ius & fas, posthabitâ omni conscientiâ, exerceri, supervacaneum duco pluribus jus gerendi gladium pro militibus exaggerare, cùm notissimum, nemini magis propriè ac his & iis, qui peregrè abeunt, sicce seculares sint, sive non, competere, cum & SS. Apostolorum nonnulli ad vltimum vsque tempus Christo vidente & sci-

& ſciente videantur iter feciſſe armati gladiis quod alios etiam Galilæos è patriâ vrbem verſus properantes, ob infeſtas latronibus vias factitaſſe, à Ioſepho diſcimus, qui de Eſſenis innocentiſſimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum eſt, quod, cùm Chriſtus tale tempus imminere diceret, vt gladij comparandi cauſa vel veſtis vendenda eſſet, Luç. *c.* 22. *verſ.*36. ſtatim Apoſtoli reſponderint, in ſuo comitatu duos eſſe gladios; erant autem in eo comitatu nulli præter Apoſtolos, Vide. Hug. Grot. *de iur. bell. & pac. l.*1.*c* 3.

Solent hic non pauci quærere, *vtrum miles Doctori, an Doctor Militi præferendus*? Et ſufficere putant re- 10.
ſponſum ex Alex. Ioh. Gail. & aliis petitum, in actibus ſcil. Facultatis Doctorem anteponendum Militi in militaribus verò militem Doctori. Diſputat & in vtramque partem hanc quæſtionem Langius, *in Grut. quæſt.*

Verum, præterquam quòd prius perpendendum exiſtimem, num ille miles ſit Nobilis, Generoſus, &c. num Generalis vel tantum Centurio ſeu Capitaneus, &c. ego arbitrarer, quantum toga Sago præferenda, tantum ſemper Doctorem militi, iuxta illud:

> *Sunt duo quæ faciunt, vt quis ſit Nobilis*
> *ARS MARS.*
> *Maior ab ARTE venit gloria. MARTE minor.*

Præſertim cum & civilis virtus, bellica prior & antiquior, de qua conſulatur Plutarchus *in vita Numæ c.*34.*& jan. cent. in not. ſubceſ. de part.* Adeò vt non indignè reprehenſionem meruerit Georg. Fiſcellus L L. Doctor à Sigismundo Impera-

rore in Synodo Basiliensi de rebus arduis consultante equestris militiæ insignitus honore.

Dubitanti enim vtrū Doctorib, in altero loco congregatis, an verò equitibus ex alterâ parte sedentibus se adiungeret, cùm ad milites tandem inclinare videretur, stultè agis, inquit, Cæsar, qui literis militiam præfers, nam ego milites vna die mille creare possum, Doctorem mille annis ne vnum.

Ioh. Ludov. Lang. *in præfat. libell. de pact.* Mihi Doctoralis dignitatis facienti mentionem, incidit cordatum non minùs quàm lepidum responsum Doctoris Johann. Bapt. à Verda, Cancellarei Cæsarei, postea ob benemerita Baronis facti de Verdenberg: Vrgenti enim apud ipsum Baroni à P. causæ suæ velociorem decisionem, at hanc ob nimiam negotiorum molem obtentu esse difficilem intelligenti eoque nomine cum indignatione sciscitanti quem se Verda putaret esse, nisi à Cæsare creatus fuisset Baro, respondit Verda: nisi fuissem creatus Baro, forem adhuc Doctor, tui verò generis primus nisi fuisset factus Baro, mansisset omninò rusticus. Optimè profectò! Omnes enim quicunque hoc tempore, clari genere sunt, aliquando ex obscuro loco emersere: si novis hominibus, si plebeiis fuisset olim aditus ad maiora interclusus; nullam hodie haberemus Nobilitatem, inquit Ioh. Mariana Soc. Ies. *de Rege & Regis institutione lib. 3.*

11. Vnde autem inquis dignitas illa Doctoralis, & quando promotionum ritus incepêre? Hac de re aliter sentit Middendorpius, aliter Zasius, aliter Alciatus, aliter moderni Dd. Middendorpius Academicas pro-

promotiones & honores veterum Philosophorum Gymnasiis adscribit.

Quem vide vt & Pacian.*lib.*2.*probat.c.* 41.*n.* 141. *& seq.*

Zasius & qui eum sequuntur,

*in l.*2.*§.& vt obiter.n.*6.*de orig.iur.*

putant, quando Augustus Imperator noluit vnicuique temerè patere facultatem respondendi de iure, sed ita demum, si à se hoc impetrasset,

*l.*2.*§ post hunc.cum seq.de iur. l. Magistros* Cod. *de Prof.& Med.*

obseruatum esse, vt nullus aut doceret aut patrocinaretur, qui hoc à Principe vel ab aliis, eius Auctoritate, non obtinuerit. i. Doctor creatus fuerit:

Sueton.*in Calig.c.*34.*& ibi* Phil.Bernald.*in comm. ad verba*: *Ne quid.respondere.pag.*502.Guid.Pancirol.*thes.variar.lect.lib.*1.*c.*23.

atque hinc creandorum Doctorum originem promanasse tradunt.

Coras.*ad d.lib.*2.*§.& vt obiter.n.*9. Nic. Cisner.*in opusc.Histor.tit.de ICtis p.*666.

Nam sicut antiqui Dd. propria sua insignia ac distinctas vestes habebant; ita etiam credendum est, quod ea nullus temerario ausu sumpsisset, nisi legitimè ab illis fuisset approbatus Pacian; *d. loc. n.* 145. *& seq:* Andr. Alciatus censet, haut satis compertum, cum Julianus Imperator simpliciter constituerit iudicio Curialium, atquè Decreto optimorum conspirante consensu Magistros studiorum provehendos esse. *idem d.lib.*2.*c.*41.*n.*140.

Moderni Dd. cum quibus & nos facimus, arbitrantur Lotharij Saxonis publicè in Scholis tractari

LL.Romanas mandantis tempore A.C. 1135. hodiernas promotiones incepisse, cùm enim hic Imperator occasione susceptæ in Italiam contra Rogerium Siciliæ Regem expeditionis, leges Romanas Latio sermone scriptas inveniret, admiratione & amore earum inductus, per Irnerium IC. cancellarium suum in Scholas & tribunalia eas revocavit, iubens ibi eas explicari & in tribunalibus ius ex illis dici. Vtquè Professioni isti Legum debitus honor adderetur, Gradum Doctoratus (formam Promotionis eodem Cancellario præscribente) in Scholas introduxit, vnde factum, vt Bononiæ, vbi ius civile publicè explicari & tradi Imperator constituerat, eiusdem mandato & auctoritate primi interpretes Latini iuris solemniter promoverentur,

> Coras.*cit.loc. nu.* 9. Ortholph.Foman *sen.in comm.manuscr.lib.* 1.*C.tit.*17.*q.* 10. Chytræus *in Chronol.verb.*109. Matthias Stephani *de iurisd.lib.*3.*part.*2.*cap.* 14 *n.*35.*& seq.*

quos postmodùm: & Theologi & Medici sunt secuti, eademque Doctoratûs insignia, exemptiones, indulta & privilegia adepti, de quibus omnibus multa Benius in peculiari tractatu; & quanquam interdum fuerint reperti qui in prolubio habuerint ea violare; quotiescunque tamen cornua obiêcere læsi, remq; vnanimiter detulêre ad superiorem, lædentes obelo sunt notati & vela legere coacti. sic cùm Franco-
12. furti ad Mœnum, die Lunæ 12.22. Junij, anno 1640. Doctores ratione militum & pecuniæ pro ipsorum hospitatione, &c erogandæ vexari inciperent, Exemptionem Cæsaream & Doctoralem in Augustissimâ Camera Imperiali, quæ Spiræ est, per viam Appella-

tionis

tionis opponentes, non solùm ex voto suo confestim sunt auditi sed & exauditi; idque meritò, quia Doctorum Privilegia sunt pars iuris cum veteris tàm recentioris, iique (excepto summo periculo hoc est, quo quivis genere Nobilis ipsique Magistratum gerentes non possunt esse immunes ac liberi) non solùm personalibus muneribus sed & meritò omnibus quæ horum vice sunt, realibus eximuntur, accessorium enim sequitur naturam sui Principalis, & favores sunt ampliandi, odia autem restringenda, per iura vulg.

His aliisque iuribus ac præiudiciis obvallatos Doctores, amore iustitiæ, ordinis & Charæ posteritatis, amicè hortor, vt nunquam deficiant vnanimes sua defendere privilegia, sed, cùm post folia cadant & arbores) totis lacertis resistendo, fores, provt iuris est, præcludant irrepenti *positivo*, ne hunc subintrantem sequatur *comparativus*, tandem verò, non irrepat sed irrumpat *superlativus*.

THEOREMA X.

SVMMARIA.

1. *Præfecti postarum viarum calentes esse debent*
2. *Ratio ad eam notitiam perueniendi.*
3. *Distantiarum mensuratio.*

QUicunq; Postarum Magister esse cupit, ei publici cursus viæ accurratè

accurrate debent esse perspectæ ac notæ (*a*)

(*a*) Sin secus, Postis Præfectus dici vix meretur; quomodo enim cæcus cæcum ducat quin ambo in foveam cadant? annon in talem proverbium illud Gallicum iactari posset: Telle allaitte qui deut tetter? & illud Leonis

De Passion. Dom. serm. 11.

1. Primum disce quàm doceas: Quomodo ad hanc vel illam litteras diriget vrbem, cuius situs ipsi prorsus incognitus? Quomodo Belli tempore vel aliâ vrgente necessitate Stathmos commutabit, commodioresque quæret, vbi priorum nullam habet notitiam? Hinc Eminentissimus Elector Moguntinus in litteris ad S. Cæs. Maj. Aschaffenburgi 27. Julii 1627. datis; **Unnd dieselbe allerunterthänigst zu bitten/ weiln dennoch derselben nit unbekannt/ was Ihro und dem H. Römisch. Reich und Männiglich daran gelegen/ daß das Postwesen/ sonderlich bey diesen noch gefährlich und unruhigen Zeiten im richtigen Gang und Schwang erhalten/ unnd durch Annehmung mehrer und erfahrner Persohnen in keine disordre gebracht/ auch den Reichsstätten/ Kauff- und Handelsleuten/ nicht etwann Ursach gegeben werden/ ihre Brieff zu Abbruch und Schmälerung/ wo nicht gänzlicher Untertruckung/ berührten Postwesens durch andere Mittel und Wege fortzubringen; Sie geruhen die allergnädigste Verordnung zuthun/** &c. Latin: Eamque humillimè obsecrando, cum

cum Eam neutiquam fugiat, quanti suâ & totius Romani Imperij omniumque in vniversum, præsertim in hâc turbatâ temporum conditione intersit, rem cursoriam sartam tectam servari & præpositione plurium & idoneorum hominum firmari, ne vrbibus Imperij, & Mercatoribus ansa præbeatur, literas suas in contemptum ac damnum, si non interitum rei cursoriæ aliâ ratione transmittendi, &c.

Item de 20. Novemb. eiusdem anni: Unnd das Postwesen/daran Ihrer Käyserl. Mäyst. unnd gemeinem Wesen so merckllich viel gelegen/durch Verordnung eines andern unerfahrnen subiecti, nicht etwann in confusion und Zerrüttung gebracht/&c. Ne res cursoria, tanti in imperio momenti, per præpositionem alterius, forsan inexperti & inepti in confusionem agatur, & turbetur, &c.

Postarum igitur Magister cum Ministris ac famulis suis vias & itinera nota habeat, quem infinem inserviet liber iste titulus: Wegweiser auff alle fürnehme Stätte/&c. Nuovo itinerario perle poste di tutt' il mondo di Ottavio codogno. Item: Poste per diverse parti del Mondo, con tutte le Fiere notabili in Venetia 1597. & qui his similes, quibus adde tabulas seu Mappas Geographicas locorum situm ac distantiam ostendentes. Non autem viæ tantum notæ esse debent, sed &, vt modò explicui, distantia per milliaria stadia, columnas, leucas, &c pro Regionis necessitate. Milliare continet mille passus vnde & nomen sortitum, Milliare magnum 5000. 2. 3.

Vitruv. 10 *l. c.* 14.

Teutonicum milliare 5760. & quomodo mensurari debe-

debeant beneficio Rotæ, Lipsenses Scabini definiunt, Ioh. Koppen *in decis.* Stadia quæ fuerint Plinius 2. c 23. Columella, 5. c 1. Lipsius 3. epist. 39. latè enarrant. Olim milliaria lapide signabantur, vnde lapides pro ipsis distantiis. De columnis milliariis Crin. *lib.* 14. *cap.* 16. de Leucis Gallicanis idem Hostus *lib.* 3 *cap.* 7 & Pythæus 1. *subcesir.* 3. habent.

THEOREMA XI.

SVMMARIA

1. *Labor quomodo subeundus.*
2. *Honores quomodo quærendi.*
3. *Superbia mala.*

POstæ Præfectus esse debet laboriosus (*a*) diligens (*b*) syncerus, (*c*) fidelis. (*d*) ambitionem (*e*) fastum (*f*) ocium, crapulam (*h*) & lucrum illicitum seu immodicum fugiens (*i*)

1. (*a*) Plurimùm enim laboris hoc officij genus postulat, quo nomine cùm & generosos, animos labor nutriat, quique laborem recusat, parum esse possit, nec sit viri, sudorem timere, Seneca 31. *Epist.* labor hic nequaquam subterfugiendus, præsertim cum nō sine lucro sit. Non plus tamen laboris quàm Naturæ est ferendo, suscipiendum, sed modus tenendus, quem recta ratio præscripsit.

Aristot. *lib.* 6. *Ethic. cap.* 1.

(*b*) Nihil proficiet labor nisi diligentia ac industria accedant, cum primis ipsorum Dominorum: nam non frustra Comicus:

Vbi

Vbi summus Imperator non adest ad exercitum
Facilius, quod non facto opus sit, quàm quod facto est opus.

Et impossibile est negligentibus. Dominis, servos debito modo sollicitos esse, *idem l œcon.* fronsque occipitio prior, *Theor. 15. huius cap.* vt igitur labor improbus omnia vincit, Virg. ita, diligentiæ omnia subdita fiunt, Menand.

Hoc maiori autem opus est, quo plures sunt ministri & cursores ad manum, quippe oculus domini saginat equum.

(*c*) Qui nihil dolo agat, cunctis æqualiter serviat, sine fuco, purus & vitæ integer.

(*d*) Ne sit Parthis assimilandus, quibus fides nulla, nisi quantum expedit & quibus vtilitas semper fide fuit sanctior. Alex. ab Alexandr. *l. 5. cap. 20.*

(*e*) Honores planè non esse ambiendos non nisi barbatenus sapiens statuerit: virtutis enim vberrimum alimentum est honos: Livius *dec. 1. lib. 4.* Proinde contra ἀφιλοτίμους seu Honoris contemptores insurgit Aristoteles *4. Ethic. c. 4.* 2.

Concludens honorem mediocriter & ex rationis dictamine esse expetendum, ex superantiam verò & defectionem, vt & in aliis affectibus & actionibus contingit, in vitiis esse. Hanc exsuperantiam Ambitionem vocant, de cuius cultore Innocentius *de vlt. condit. human.*

Ambitiosus promptus & fervidus, vbi placere cognoverit; remissus & tepidus, vbi putaverit displicere, imperat mala, detestatur iniqua, sed alia cum aliis probat ac improbat, vt iudicetur idoneus, vt reputetur acceptus, vt laudetur ab omnibus, vt approbetur à singulis. (*f*)

(*f*) Superbiam & elationem cum verborum iactantia, qua secunctis exosum reddit: impatientem enim reddit superbia, morosum, irritatu facilem si quid in eum peccetur, idque quòd se sperni, aut pro dignitate non honorari arbitretur;

Spinæ.*lib.de tranquill.anim.p.*144. Burch. Berlich. *de iur.Noverc.p.*2.*art.*1.*f.*2.

quæ omnia res eius tantò minori lucro auctant, taceo quòd ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην, id est, superbiæ nullus evitat pœnam, Menand.

Non solum autem è verbis sed & è vestitu ac incessu arguitur superbia.

(*g*) Nimirum: quod industriæ & studio maximè contrarium Val.Max.*lib.& cap.*8.

aliàs non omne ocium est prohibitum, ocio ergo benè vti discendum, nam

Ocio qui nescit vti, plus negotii habet,
Quàm cùm est negotium in negotio

Qu.*in Trag. Iphigena. Iulio Celsim. apud Frontonium Cornelium referente.*

Tanto odio ociũ Parthis fuit, vt ante victũ liberis, die exorto, nõ præberẽt quã cursus iaculandiq; certamine suscepto sudore circa capita diffuso, fessi permaduiss.

Richter.*axiom.oecon.*97,*exempl.*6.

Brachmanni Philosophi, pueros, si quando nihil vtilis operæ parentibus vel suis rebus necessariis dedissent, neglexerunt.

*idem exempl.*5.Burch.Berlich.*d.loc.*

(*h*) Quæ præter cruditates, nervorum torporem, tremoremque, libidinem, pedum, manuum, articulorumque omnium depravationem,

Senec.*Epist.*24.

etiam

etiam magnum rei familiaris decrementum, officij neglectum, suique contemptum causat, quid ubi ebrietas dominatur, ibi furor est & mentis oblivio.

cap.14.X.de vit. & hon. Cleric. c.3. dist.85.

(*i*) Nisi parci sint atque opportuno fiant tempore: nam non ita generati à natura sumus, ut ad ludum ac jocum facti esse videamur, sed ad severitatem potiùs & ad quædam studia graviora majoraque, Cic. *lib.1. de offic.*

THEOREMA XII.

SUMMARIA.

1. *Variæ cujusque Religionis sectæ.*
2. *Vir bonus non præcisè ex religione æstimandus.*
3. *Augustana Confessio Recessibus Imperij recepta.*
4. Allgemeine Reichs Religion *quæ sit.*
5. *Cujus religionis esse oporteat Præfectum Postæ.*

HIs virtutibus si polleat, satis esse quidam censent; licet Religionis opinionem cum principe suo non profiteatur eandem.

(*a*) Religionis inquam opinionem; ejusdem namque Religionis, esse possunt, & sunt diversæ opiniones. Judaicæ fuerunt Pharisæi, Saddu-

cæi & Essæi, Turcicæ itidem variæ sunt; Christianæ, Catholici, Lutheranæ, Calviniani, quos Zwinglianos nominant. Cæteras velut segmenta & rubiginem religionis habemus. Utut verò neminem negaturum censeo, inter cujuslibet Religionis ejusdemque opinionum cultores & bonos & malos reperiri; velut bonorum malorumque permistio in nullis non Rebusp. conspicitur

Comminæus comm. rer. gest. Lud. XI. & Carol. VIII. c. 6. in fin.

nec aut Solis & omnibus antiquam Romanam Catholicam Fidem retinentibus, aut solis & omnibus Augustanam Confessionem sequentibus, aut solis & omnibus in Calviniano dogmate laborantibus fidendum, utut quoque sub religionis pallio & velamine multi male se gesserint atque adhuc gerant, unde tantorum dissidiorum faces in meliori orbis terrarum parte sunt accensæ, summi Imperij membra inter se collisa, tot myriades hominum Christianorum trucidatæ, imò totius ferè Europæ facies ita dilaniata, ut sine lacrymis eam vix aut queamus aut debeamus intueri: utut denique non pauci arbitrentur, in cursibus publicis adornandis vel administrandis non tàm quærendum esse, an quis
3 Catholicæ vel Augustanæ subscripserit confessioni. Cujus utriusque Pax, Recess. Imper. de anno 1555. his constat sanctionis verbis: **Und sol also hiermit ein beständiger / beharrlicher / unbedingter / für und für ewigwährender Fried auffgerichtet und beschlossen bleiben /**

La-

Latinè:

Pax sit continua, constans, perpetua nullisque conditionibus coercita:

quæ prorsus denique repetita sunt in Decretis Imperialibus 15. Martii Anni 1557. Ratisbonæ, anni 1559. 19. Augusti Augustæ Vindelicorum, anni 1566. 30. Maij ibidem & tandem in novissimo pacis Generalis instrumento concl. seu puncto 5. §. quàm an quoad reliqua sit vir bonus, saltem generalem Imperij fidem Christianam: die allgemeine Reichs-Religion / prout ea habetur in constit. Carolina Artic. 102. verbis: Beichten/Liebe GOttes/rechten Glauben und Vertrawung zu GOtt und dem Verdienst Christi und Berewung seiner Sünde / credens atque tenens, Principi fidelis, in simplicitate fidei & animi candore vivens, bonis operibus dictam, fidem suam coram hominibus claram faciens, remque suam cursoriam decenter curans: fateri tamen habent ij, quibus juxta causæ notitiam, obedientia erga sacratissimum Imperatorem nostrum, non in saliva modò natat, sed ad cordis abyssum exporrigitur, ejus Cæsaream Majestatem & sibi & Imperio & regali Postarum juri meliùs consulere, si (in turbis & turmis præsertim) eos eligere ac muneri cursorio præficere curet, qui simul & Fide & Vita plus placent. 4 5

THEOREMA XIII.

SUMMARIA.

1. *Ministros Postæ magister habere debet.*
2. *Ministrorum qualitates.*

3. *Sint fideles.*
4. *Mundas habeant manus.*
5. *Sint dociles & bene morati.*
6. *Taciturni.*
7. *Qui non poſſint fungi officio curſorum publicorũ.*

PRobis ac fidelibus miniſtris dotatus ſit, qui rei curſoriæ multas manus poſcentis, labores nocte dieque alacri animo ſuſcipiant ac perficiant. (*a*)

1 (*a*) Poſtæ Magiſtrum ſine miniſtris eſſe & negotia & ſæpè dignitas non permittunt. Omnes autem quos aſſumit intra cancellos ita contineat, ne quid ſupra officium attentent, ne quid in eo negligant, ne per eos dignitatem ſuam minuat. Domeſticorum namque, inquit, Tullius, non modò facta ſed dicta etiam omnia præſtanda ſunt. Quo nomine Tacitus Agricolam rectè laudat *in ejus vita.* A ſe, inquiens, ſuiſque orſus, primùm domum ſuam coërcuit, quòd pleriſque haut minus arduum eſt, quàm provinciam regere. Aſſiduè in Hiſtoriis legimus, etiam magnos Principes magnosque
2 viros ea incommoda eſſe paſſos. Miniſtrorum partes ſunt, obſequium, aſſiduitas, taciturnitas, labor indefeſſus.

Hippol. à Collib. in præf. ad tr. de Conſiliar.

Hinc eleganter Johan. Campanus: ad Polidarum ſervum.

Lex

Lex igitur sit prima Fidem servare; deinde
A Domini mundas rebus habere manus.
Odi mendacem,non possum ferre protervum
Nec tu,lusorem,crede,placere mihi.
Odi qui multum sese mihi jactat,& odi
Alterius famam qui lacerando premit.
Displicet indocilis,nimirum mihi displicet ille,
Qui multo semper murmure jussa facit.
Non est quod durum,non est quod litis amantem
Contactum,non est,invidiâ quòd amem.
Assentatorem non planè diligo,nec qui
Desidiæ fuerit deditus atque gulæ.
Quis toleret famulum Domini secreta volentem
Scire? quis elatum multi locumq; ferat?
Fallacem fugio ceu tartara,denique cultum
Ingenuis hominem moribus esse volo.

Sit ergò fidelis; Fidelitas autem ex amore nascitur, hic ubi est, servus heri præsentiâ gaudet, si eam fugit,amoris paucitas in culpa est,ex vitæ, voluntatum ac morum dissimilitudine vel ex ipsius etiam servitutis naturâ proficiscens. Fit & servitus necessitate magis quàm voluntate; quippe dum quis secum perpendit liberum se esse natum: fit,ut ad servitutem se adigens,naturæ suæ resistat. Et licèt carceri quandoque voluntariè se mancipet,propterea tamen non credit,se, ut habet proverbium, caseum in muscipula perpetuò esse manducaturum, nec fieri potest, ut,quia ab eo abhorreat, sub cujus jussu & imperio detinetur, quamvis linguâ fidelitatem quidem domino jurârit,adversus tamen servitutem vel animo saltem rebellem se exhibeat.

Mirum itaque non est, si conspectum ejus libenter fugiat & procul servire malit quàm prope. Nonnulli quidem Principum servos à mechanicorum distinguunt; at certè nihil discriminis esse puto, nisi quod horum compedes & catenæ ferreæ sint illorum aureæ.

*Guazz.de civit.convers.lib.*3.

4 Deinde mundas servus habeat manus, si physicè benè quidem, si ethicè melius; si Theologicè, optimè. Verax sit, grave & tædiosum vitium reputans mendacia dicere. Non nimis facetus.

idem;

sit pudicus, fugiat aleam chartasque lusorias, ne sit adulator, famam aliorum sugillans, aut jactabundus, de cujusmodi ministris D. Murnerus. In der Sch. Zunfft.

5 Sit docilis, cùm quoad ætatem, tùm quoad ingenium: Quemadmodum enim

Avocat à rebus senium deforme gerendis L.V.H.

& decrepiti senis servitium nullum est, ut qui vel in feudalibus ab omni servitio & munere personali excusatur,

*l.1. in pr. ff. de vocat. & excus. muner. l.3. C. qui ætat. vel profess. excus. lib.*10. *& l. si ultra. C. de Decur. eod. lib.*10.

ita nec infantis. Sit porrò pacis studiosus & obediens qui jussa absque murmure faceffat, nec suum contemnat Dominum, aut se patiatur corrumpi; *l.15. ff. de serv. corr.* sit & rectus, benè moratus, humilis ac impiger. Optimum sanitatis studium est, inquit Medicorum Coryphæus Hippocrates, non satiari cibis ac impigrum esse ad labores.

Es heist/wer nicht arbeiten wil/
Der laß das Brodt auch ligen still.

Froschm. *lib.*1.*part.*2.*c.*13. Nesciat minister gulæ deditus esse aut intemperantiæ Medicorum nutrici, multarumque infirmitatum Matri. Nec enim ægrotantis ac infirmi ullum est servitium. *l. cum hæres.*§. *Stichus, si hæred. ff. de statu. lib.*

Hinc Joh. Flitnerus in Fidicinem Chiragricum & cursorem Podagricum;

Chiragrâ premitur Fidicen cursorque podagrâ,
Officium neuter novit obire suum.
Si podagram Fidicen, chiragram, si cursor haberet,
Curreret hic promptè, luderet ille benè.

Quanquam etiam Vasallum, non levis quæque infirmitas excuset sed gravis

*de quibus in l. quæsitum ff. de re judic. & l.*1. *&* 3. *C. qui morbo se excus. lib.*10.

unde prætensio podagræ non excusat,

*l. ff. munerib. C. de Decurion. lib.*11.

nisi Vasallus probet se ita afflictum pedum valetudine, ut rebus incessum accommodare non possit,

*ut habetur in text. l. podagra C. d. t. qui morb. se exc. hic. Ioh. Blanc. in Epit. lib.*2. *c.*4. *n.*4. *Iacobin. de S. Georg. in invest. in vers. & promiserunt &c. n.*31. *vers. octava excusatio, &c.*

quo tamen casu per substitutum serviet.

secundum Isernam. § *firmiter. nu.*33. *de prohibit. Feud. alien. per Federic. quod tamen pro absoluto non firmat. A. Borrinius d. loc.* §.3.

Denique secreta Domini scire spernat & sit taciturnus: Quæ fortuitò dicuntur ne eliminet, ser-

mones adiaphoros aliis cincinnis ne vestiat, aliis coloribus ne pingat. Rara felicitas est, ut cuipiam intra domesticos parietes non aliquando verbum excidat, quod in foro à præcone proclamari nolit: rarò aliquid vel dicitur, vel geritur, quod in calumniam trahi non possit, si alio verborum sono recitetur, si aliis circumstantiis donetur, si coloribus non nativis pingatur. *Fr. Zypæus in juridic. lib. 5. c. 8. n. 9. & seq.*

Quantumvis itaque Postæ Magister omnium sit horarum homo, magno tamen delectu ministros servosq; ac famulos adsciscat. Non eques quamvis bonus, indomitū sumit equum, non exercitor quamvis prudens inexpertum nauclerum, nec Rex quamvis bellicosus ducem exercitus effœminatum. Requiratur, qui rei cursoriæ rationem aut jam intelligit; aut intelligendi & addiscendi cupidus bonæq; rationis deprehenditur. Claudus enim pedibus est, & iniquitatem bibit, qui mittit verba per nuncium stultum. *Proverb. 26. v. 6.*

7 Ex hisce dictis colligitur functione hac indignus vel saltem ineptus esse ratione vel ætatis vel status & conditionis, vel morbi, vel pœnæ legis; Ratione ætatis nimis juvenis nimisque senex, ratione conditionis vitæ, qui in sacerdotio & clericatu, ratione naturæ & morbi, qui ægritudine hæreditariâ, huicque simili impedimentum afferente correptus est, ut calculo, Podagra, herniâ &c. ratione pœnæ legis, ut proscripti, quique nullibi locorum sunt tuti, etsi cursores etiam tuti esse debeant. Ita fugiendi sunt nimis objecti, tametsi ad nutum

Do-

Dominorum quæque patiantur sustineantq; veluti mediastini omnia tantum ut alantur. Quando Ludovicus XI. Gallorum Rex sutori suo Fecialis ac internuncii, Tonsori Legati, Medico Magni Cancellarii partes detulit, Universa Regni Nobilitas ab eo defecit & magnis fluctibus jactatus Regni amittendi periculum incurrit.

Riba de neira & Oran. de Princ. Christiano lib. 2. c. 6. Ad. Keller. de offic. jurid. Pol. lib. 2. c. 1.

Quid tunc futurum sit, dum extraneo Regni arcana & res maximè arduæ confiduntur, eventus ibi loci docebit.

THEOREMA XIV.

SUMMARIA.

1. *Securè agendum in transferendis literis.*
2. *Idem officium pluribus non credendum.*
3. *Nec plura officia uni.*

EOs studio suo ita habere curet inservientes, ut Postæ debito modo vigeant, (*a*) præsenteque aut imminente hostis metu, sine cunctatione in loca tutiora transferantur. (*b*)

(*a*) Quis ipsarum vigor esse debeat, pluribus, quàm hactenus est factum, dicetur.

1 (*b*) Ad quod magna industriâ & perspicientiâ opus est. Nec officit, licet per quasdam ambages sit eundum, cùm non sit magnum damnum in modici temporis mora *l. si debitori ff. de judic.* & id efflagitet necessitas, quæ non habet legem, sed ipsa sibi legem facit, *remissionem vers. sed notandum*, viden-
2 dum tamen, ne, dum hoc negotij pluribus simul committitur, segnius expediatur,

l. 3. §. apparet igitur. ff. de administr. & peric. tut. & l. ult. C. de fideic. libert.

ut plurimum enim

Segniùs expediunt commissa negotia plures.
Quem versum allegat Glossa ibi & ad §. se ex testamento Inst. de satisdat. tut. & curat. n. 3.

ut Germani nostri dicunt: Viel Köch kochen selten was guts/ item: Viel Köch versaltzen das Muß.

Rut. Rul. tr. de commiss. part. 1. li. 2. c. 24. n. 7. Vent. de Valen. in Parthen. litig. c. 12. n. 5. Iacob. Alem. in Palest. consult. pag. 29. A. Bullæus Resp. jur. 1. num. 131.

sunt enim homines ad dissentiendum faciles

l. item si unus 17. §. principaliter. ff. de recept. qui arbitr.

Et naturale vitium est; ut quod communiter possidetur, plerumque negligatur;

Schneidevv. ad d. §. si ex testam. n. eod.

3 idem enim tunc periculum subest, quod, ubi unus minister plurium occupat officia, cùm tale quid nec pro Magistro, nec è re ministri sit. Siquidē

& ipso-

& ipsorum Magistratuum dignitas haut parcè imminuitur, ubi uni plurimorum concreduntur officia. Unde tàm sæpè Canones vetuerunt, ne quis in pluribus Ecclesiis conscribatur, ne cui plures militiæ, dignitates & officia plura imponantur, ne quis binis, trinis, pluribusvé decoretur cingulis, non conjunctis ex prisca consuetudine. Nemini pateat eodem tempore plusquàm unius ordinis nomen affectare, & qui supplicandum, de re vetitâ, Principi existimaverit, pœnæ decem librarum auri pro temeritate, quamvis infructuosâ, plectatur. *l. his quidem C. qui mil.*

THEOREMA XV.

SUMMARIA.

1. *Ministris sua merces in tempore præbenda.*
2. *Varia salariorum species.*
3. *Et Famuli quo loco inter creditores ponendi.*
4. *Quid juris si de quantitate mercedis dubitetur.*
5. *Servorum malitia.*

LIceat ministros in tempore ex eo scire, quid sit quod fecerint boni, (*a*) ne, dum σαθμόλυτρον, hoc est, merces vel salarium, justè non exsolvitur

vitur (*b*) habeant unde conquerantur negligentiamq; suam palient. (*c*)

1 (*a*) Et verbis & factis: verbis, ut si bonis digni sunt, bona dentur, sin malis, ut ad meliorem redeant frugem, admoneantur. Factis, ut quod ipsis debetur, suo tempore (cùm minus solvat qui tardiùs solvit, *l. ut si. 12. §. 1. ff. de V. S.*

& pecuniam in loco negligere interdum magnum sit lucrum. *Godd. hic.*

porrigatur, nec minima ex parte injustè subnegetur, imò nec medicamenta sicubi opus est; nam paria sunt occidere servum, vel sine perito Medico eum infirmum negligere

l. si servum in pr. 91. ff. de V. O. Ant. Bull. Cons. 1. num. 108.

quemadmodum & is, qui alimenta denegat, necare videtur, *l. 4. ff. de lib. agnos.*

æquum etenim est, ut unicuique proficiat labor suus & sicuti expendendo cognoscit incommoda, ita rebus perfectis consequatur augmenta. *Cassiodor. lib. 3. epist.*

quando tamen contagio infectum servum absque hujus sumptibus deceat vel non deceat Medico curandum commendare, latè videri potest in meo tractatu Theologico-Juridico-Medico, de peste & morbis contagiosis, cui titulus; Würg-Engel. *quæst.* 1471.

2 (*b*) Salarium inquit Plinius *Natural. hist. lib. 3.* à sale

à sale derivatur: sicut enim nemo sine sale vivit, ita nemo est, cui pro sua professione salarium non debeatur. Hinc Medicis Soteria, Præceptoribus Minervalia, Artificibus Epichora, aliquid ferentibus comistra, Benefico charisteria, Judicibus sportulæ, Jurisconsultis honoraria, militibus stipendia, Exercitui donativa, plebi congiaria, nutricibus nutricia, nautis naula, Præconi præconia, Commentariensibus carceratica, Principibus coronaria, denique quibusque pro cujusvis munere certæ mercedes debentur, quas adaptatis quibuscunque muneribus, nominibus ex amussi describit Andr. Alciatus. *ad l.1. inter donum ff. de V.S.* Talem mercedem non exsolvere contra S. Scripturam est, operarium dignum mercede suâ censentem *Luc.10.* & volentem ut statim merces restituatur nec negetur, ne reputentur debitori in peccatum, *Deut.24.c.* assentiunt jura nostra, quæ dicunt promissum honestum esse debitum *l.1. de suffrag.*

Et quanquam Jure Saxonico ministrorum & famulorum mercedes, Liedlohn præ omnibus creditoribus, cujuscunq; conditionis sint, exsolvi debeant, *Const. Sax. part.1. constit.28. post pr. vers.* erstlich bezahlt werden sollen. *tex.* in Landr. *lib.1. artic.22. post pr. §.* Vor dem Erbe sol man erstlich. *ubi gl. Latina ad text. German. sub lit.c. & gl. Germ. eod. n.4. Consult. Const. Sax. tom.1. p.3. q.7. n.4. v.25. item pro mercede & n. seq. item tom.2. part.3. quæst. 12. n.10. Matth. Berlich. part.1. concl.64. num.65. qui globum succenturiantium ibi citat,* jure communi tamen tantâ prærogativâ non gaudent,

dent, sed posterioribus tantùm creditis hypothecariis æquiparantur, prioribus verò, prout etiam doti mulieris & aliis magis privilegiatis non præferuntur, quia ministri & famuli ratione mercedis in bonis domini tacitam solummodò hypothecam obtinent.

Wesenbec.in Comment.ff.de privil.credit.num.5. sub finem, vers.& sanè si vim Beuther.de jur.Prælat.part.1.c.29.in pr.

Quia autem tacitam habent, posterioribus tantum creditoribus præferuntur.

Hart.Pistor.part.1.quæst.8.n.2.Iason in l.si pluribus. ff. de legat.1.n.30. Wesenbec.d.loc. Ioh.Köppen.decis.28.n.13.sub fin.

Ubi tamen ratione suæ mercedis omnibus omninò creditoribus præferri debent, requiritur primùm, ut certa ipsis merces sit promissa; deinde ut tempore mortis defuncti vel eo tempore ubi Dominus ad paupertatem redactus est, & creditores de prioritate certant, in ædificiis & servitio ejus reperiantur, daß sie noch am Dienst und an seinem Brod unter dem Gesinde seyen.

H.Pistor.d.part.1.q.8.n.6. & seq. Ioh. Köppen.d. decis.28.n.14.

Quilibet autem Mercenarius pro pretio & salario, & non gratuitò serviisse præsumitur: unde si Dominus vel alius alleget, & dicat eum gratis servijsse, probare illud tenetur. *H.Pistor.d.p.1.q.8.n.7. vers. ideoq; hoc casu alleg.*

4 de summa precij & quantitate si dubitatur, mercenarius seu famulus & minister eam juramento suo

pro-

probare & asserere debet, modò priùs probaverit, vel mediante etiam juramento suo docuerit se ministrum & famulum fuisse

idem d.qu.8.num.3.& 8.vers.primum a.requisitum & n.seq.Dan.Moller. de constitut.Sax.28.num.5.in med.vers.prim.a.illud. Gl. German. ad text. German. im Landr. *d.l.1.artic.22.num.4.§.* Ihr verdienet Lohn. *in fin. vers.* mit ihrem Eyd ihr Lohn beweisen.

ubi vel vi vel dolo mercedem cogitur perdere seu amittere, ruminet miser illud,

Clamitat in cœlum merces subtracta laborum,
Et

Daß manches mahl getrewer Dienst
Undanck erlanget für Gewinst/
Läst sich ein gut Natur nicht irren/
Wil darumb ihr Art nicht verliern.

(*c*) Quod utique frequenter accidere compe-rimus in omnis generis famulis & famulabus, wann sie auff den Abschied dienen / etiamsi ipsis

——*precium non vile laborum*

(ut habet aurei velleris inscriptio)

apud Hieron. Ruscelli nelli impresi. illustri. lib.2. pag. 160.

sit pollicitum. Nunquam enim domus aut familia tantæ ijs est curæ, quantæ hero aut heræ, hinc illud: tot hostes, quot servi:

P. Antesignan. Rapistagnensis in comment. ad Act. 2. scen. 2. Andr. Terent.

quamvis hoc effatum errore quodam præpostere enunciari Sextus Festus scribat, cum olim dictum esset, tot servi, quot hostes

Bor-

Borchold. in §. ult. Instit. de his qui sui vel alien. juris.

imò quot servi tot fures.

Burch. Berlich. de jur. Noverc. part. 1. art. 4. S. 6.

Quò Virgilius alludit *in Eclog.*

Quid Domini facient audent cum talia fures? Plato *l. 6. de LL.*

ait: nihil in animo serviente esse integrum, nec quicquam servorum generi esse credendum, id quod sapientissimus Poetarum testatur, cum de Jove ita loquitur: dimidium mentis Juppiter illis aufert, qui servitutis sorti sunt subjecti. Severiores quidem Domini & Heri plerique in ore habere solent, lauff Cunz weg / so kompt Heinz wieder; at quoties fit, ut si ille huic omnem rem & querimoniam enarret, uterque emaneat? quotus quisque Postico discedit? hoc tamen ubi invito Domino suo ante tempus ad serviendum constitutum è domo Domini egreditur; salarium ejus temporis quo servivit, amittit. Neque Dominus in culpa dicetur, etsi calore iracundiæ incensus (dum famulum seu ministrum increpat vel punit) domo suâ exire jubeat, nec ad illam ampliùs reverti, quia ex hujusmodi verbis iracundiæ calore prolatis, licentia domo exeundi concessa non videtur, nisi Dominus ipse evacuatâ iracundiâ, in eadem opinione perseveraverit.

Quam sententiam ante omnes tenuit Bened. de Plumino. relatus à Ioh. de Neviz. an. in sylva nupt. l. 6. n. 49. circa fin. & Munnoz de Escobar, tr. de ratiocin. administr. c. 27. n. 19.

Nec

Nec solùm punire Domino licet, suum ministrum, sed & graviùs quàm alium, quia est domesticus, cujusmodi homines, qui nostri juris sunt & nostra debent custodire mandata, ut majori pœna affligantur, Divi volunt Imperatores. *l. unic. C. de conduct.*

THEOREMA XVI.

SUMMARIA.

1. *Vsus schedarum correspon sariarum.*
2. *Quid juris de tabellario literas occultante.*
3. *Falsi quæ pœna.*
4. *An in Tabellarium occultantem literas, pœna capitis dici possit.*
5. *Crimen falsi quodnam sit.*
6. *Falsum & mendacium quomodo differant.*
7. *Crimen stellionatûs tabellarius quomodo committat.*
8. *Criminis stellionatus quæ pœna.*
9. *Ob falsi crimen, quando possit pœna capitalis irrogari.*

IN præcipuis officiis (Haupt-Postämptern) omni cura operaque providendum, ne ab alijs hujusmodi officiis allati litterarum fasciculi, vel litteræ ipsæ ulterius

portandæ, è sacra auri fame, surripiantur, sed ut, quicquid affertur, sedulò illuc, quò spectat, dirigatur. (*a*)

(*a*) Haut namq; sufficit, earum tantũ litterarum, quæ ad proxima spectant loca, debitam suscepisse curam easque distribuisse; nec satisfecerit Posta Præfectus officio ac muneri suo nisi & cæteras eò quò pertinent, licet loca longè dissita sint, benè direxerit, juxta Schedulam corresponsoriam (Correspondenß-Zettul) quæ ad alios Postarum Magistros & administratores dari solet & cujus interdum sequens tenor: PP. Geliebter Herr: am verschienenen N. war bey der Ordinari mein letztes / guter Hoffnung / es sey meinem Vermelden nach / richtig überkommen / und alle mitgesandte bestellt worden / erwarte Antwort. Unterdessen ist seine Ordinari und Schreiben vom N. Tag N. auff den N. Tag N. allhie richtig angelangt / die recommendirte und sonst alles an ihr Gehörd bestellet und versandt worden. Was dieses mahl abgeben und sonsten hiebey einkommen / gehet hierbey unter meiner Coopert / welche der Herr / sonderlich die zu End vermeldete / fleissig bestellen / und des Erfolgs mich seiner Zeit berichten wolle. Damit dem höchsten Schutz GOTTes uns allerseits trewlich empfehlend. Geben N. den N. im Jahr unsers HERRN

HERRN und Heylands JESU CHRISTI 1648.

Latin:

Proximè præterito die N. ultimas ad te dedi, ſpes tenet omnia debitè perlata, de quibus erudiri cuperem. Interea ordinariæ tuæ de N. rectè tali aut tali huc ad me transvectæ ſunt, omniaq; ritè compoſita. Quæ hactenus tradita ſunt, tranſmitto; quæ omnia præſertim juxta finem nominatim adjecta ſollicitè commendata habe, deq; iis me edoce. Vale. Datæ N. N. Anno 1648.

Quæ Venetiis ſcribuntur ſic habent: Illuſtre ſignor mio oſſervandiſſimo: Hoggi otto mandai à V. S. l'ordinario per coſti, il tutto ſpero le ſarà ben capitato. Trovomi poi la ſua di 11. ſtante, alli 23. detto, conquanto la m'aviſa, che al tutto s' ha dato buon ricapito. Con queſta mando à V. S. l' ordinario per coſti con quanto qui ſotto ſarà notato, il tutto pongo ſalvo, & n' aſpetto aviſo, che N. S. la feliciti & conſeriri. Di Venetia li. 25. di Marzo 1648.

Di V. S. illuſtre

affettionatiſſimo

per ſervirla

N. N.

Quid ergo juris de eo Tabellario vel curſore à qui in itinere literas in locum quendam paludoſum vel in arboretum abjecit, vel dilaceravit, vel ſub arena occuluit & nihilominus integram mercedem, quaſi litteras ad locum

 deſti-

destinatum pertulisset petijt & accepit, erit statuendum? ubi litteræ loco paludoso &c. sunt abjectæ, non tam falsum quàm stellionatus admissum esse nonnulli apud Thomingium, Decis. 34. existimarunt, eaque propter tabellarium, etiamsi tales litteras ipse resignâsset, legissetque, non solùm capite plecti, sed falsi etiam pœnâ affici non potuisse, cùm aperiens literas principis etiam vel Imperatoris, nisi eas parti adversæ ostenderit, crimen falsi non committat,

Bart. in l. qui testamentum ff. de fals. Guid. Pap. Decis. 223. Felin. in c. cum olim de offic. & potest. jud. delegat. Ias. in l. non dubium n. 53. C. de LL. & Boer. Decis. 82.

Et ij, qui stellionatus crimine se inquinant, nonnisi arbitrio Judicis extra ordinem puniantur.

l. 3. in fin. de Crim. stellionat. & not. Jas. in d. l. non dubium C. de LL.

Verùm si sub arena occuluit, falsum admisisse

l. Paulus ubi Bart. & Alexand. ad l. Corn. de fals. Ang. Aretin. in Tract. maleficio ad verb. falsario vers. 1. Quæro si Advocatus & Franc. Marc. decis. 741. in princ.

3 Quamvis igitur falsi pœna regulariter non sit ultimum supplicium, sed extra ordinem tantum infligatur & deportationem, quævè ejus loco successit, flagellationem vel castigationem virgarum non excedat; negari tamen non posse (ajebant iidem) quod falsum ingens admodùm & dolosum sit capitale, idque non in certis tantum & specialibus causis sed generaliter etiam locum habere asserebant,

bant,dicentes: hanc regulam tradi. *in l.ubi ad fin.C. ad l.Corn.de fals.*
in his verbis (si id exigat magnitudo commissi) cumque Textum à Bart.ibi generaliter intelligi, dum scribit: quòd pœna falsi sit pœna mortis vel deportationis: sed & Parisium
in Cons.124.n.15.lib.4.
ex facto consultum respondisse asserebant,quod in falso,pro qualitate delicti,aliquando irrogetur pœna capitalis,aliquando non,*per text.d.l.ubi & l.majorem eod.tit.*

Quin & Angeli verba *in d.l.*
sic habent: Nota hîc casum, in quo pro falso imponitur pœna capitalis, quando falsum est valdè grave.Exemplum potest poni in eo,qui multa acta combussit in perniciem Reipublicæ, ut veritas apparere non posset, & in eo qui partum supposuit
ut supra eod.C....1.
regulariter tamen non est pœna ultimi supplicij. *Hæc ibi Angelus:* Et subjungebant præterea, eandem sententiam comprobari per Salicet.
in d.l.majorem.
dicentem ac concludentem: quòd committens falsum circa rescriptum Principis, capite sit puniendus, & sic morte naturali plectendus propterea, quòd cùm duæ pœnæ pro falso sint impositæ, deportationis scilic.& mortis naturalis; ac textus ille dicat majorem pœnam infligendam esse; intelligendus utique sit,de majori illarum, adeoque de pœna mortis. & Saliceti sententiam porrò sequitur Capyc.*in decis.30.n.6.vers.quamvis Salicet.*

Quo loco & alia quædam adducit, quibus oſtendere nititur, quod prædicto caſu, falſi pœna, ſi non de jure Canonico at certè de jure civili irroget mortem naturalem, idemque affirmare dicebant,

Gloſſ. & Panor. in c. ad falſariorum. in verb. legitimus X. de crimine falſi.

indeque porrò inſerebant: quòd in eum, de quo nobis ſermo inſtitutus eſt, Tabellarium pœnâ capitis animadverti poſſit. Cùm præſertim ſuperior juſta ex cauſa leges transgredi, ac ſeveriorem pœnam infligere poſſet,

l. quid ergo C. eod. tit. & not. ——— utrobiq; Dd. & Tiraquell. in præfat. tract. de pœn. mitig. verſ. ſed quæ dicta ſunt.

ac perſonis etiam humilioribus pœnæ graviores imponi ſolerent,

l. aut facta. §. perſona de pœn.

In propoſito noſtro præſertim, ubi, cùm delictum in perſonam Principem, minimè quidem vulgarem admiſſum eſſet: eo quoque nomine pœna videretur exacerbanda,

Arg. §. atrox Inſtit. de injur. & l. quisquis C. ad legem Iul. Majeſt.

Ad eamque ſententiam tuendam ac ſuſtinendam, porrò vehementer urgebant negotiorum, in quibus literæ ſcriptæ fuerant, pericula & magnitudinem; interque cœtera hoc etiam addebant; ſi hunc, de quo loquimur, Tabellarium mitiùs, quàm ultimo ſupplicio puniri contingeret, multum mali fore in exemplo, temporibus belli imprimis, quo maximopere refert, Tabellarios literas & negotia ſibi mandata curare atque expedire.

Sed

Sed & illud confiderandum ajebant: quòd in propofito Tabellarius geminatum delictum admiferit; unum, quòd literas fibi concreditas, partim abjecerit, partim verò occultarit: (ut fupra jam dictum eft) alterum, quòd falfo retulerit, fe litteras in locum deftinatum pertuliffe, eoque nomine mercedem receperit. Quod per fe quidem ipfum falfi crimen effe ajebant,

fecundum Gloff. in l. 1. §. fed etfi in verb. ob renunciandum ad legem Corn. de falf.

dicentem; quòd Notarius, qui accepta pecunia refert judici, teftem dixiffe teftimonium, quod non dixerat, falfum committat.

Verùm, utut hæc fefe habeant, Domini in contrariam difceffernt fententiam. Cujus fundamentum ut eò folidiùs jaceretur, ante omnia naturam ipfius delicti fedulò duximus inquirendum, fecuti præclaram & falutarem cautionem Baldi, qui *in conf. 443. in princ. lib. 3.* graviter prudenterque admonet; quòd imprimis inveftigandus & cognofcendus fit titulus criminis; nam cognito nomine criminis (inquit) cognofcetur lex, & cognitâ lege cognofcetur pœna.

per text. l. 2. §. ubicunq; de crimin. Stellionat. l. quid fit falfum. de falf. & l. fanctio legum de pœn.

Jam verò illud, de quo in propofito quæritur, delictum Tabellarii, crimen falfi non effe, ex eo manifeftè convincitur, quod definitio criminis falfi in ejufmodi delictum non quadret (id quod paulò poft dilucidè comprobabimus) quodq; adeò

consequens est, nec definitum quidem ipsum convenire illi possit, *l. Quintus. §. cui aurum. de aur. & argent. legat.* Placet igitur, quoniam nobis hoc loco omnis disputatio de falso futura est, antè definire, quid sit falsum, ut rectiùs intelligatur id, de quo disputatur. Est autem falsum nihil aliud, quam immutatio veritatis, dolosè & ex certâ scientiâ facta, sic enim hoc crimen definit.

Hostiens. in tit. de crim. fals. §. 1. incip. Quid sit falsitas?

Quam refert & approbat.

Hippol. de Marsil. in rub. ad leg. Cornel. de fals. n. 1.

unde perspicitur: falsum secundum eandem istam definitionem, admitti non posse nisi duobus concurrentibus, ut scilicet dolosè & ex certa scientiâ & præterea veritatis immutandæ vel pervertendæ gratiâ fiat. Addunt nonnulli & tertium requisitum, nempe, ut alteri noceat vel nocere possit,

Matth. de Afflict. decis. 400. n. 8. & 9.

quod dictum tamen non usque adeò generaliter accipiendum est, sed cum temperatione, quam & leges ipsæ & juris nostri interpretes passim adhibent,

l. si falsos. & annotavit inibi Balduin. C. ad l. Cornel. de fals. l. qui veluti, & tradit ibidem. Angel. C. eod. tit. §. item Lex Cornelia. de fals. & ibi Angeli Aretin. n. 1. instit. de public. judic. Matth. de Afflict. in alleg. decis. 400. n. 9. ad fin. vers. nam ratione fabricationis, item n. 11. 12. & 13. & Iul. Clar. liber. 5. sentent.

ubi

ubi de hoc articulo tum copiosè, tum luculenter explicat.

Quamvis itaque non gravatè concedamus; eum, de quo quæritur, Tabellarium, dolose in eo versatum fuisse, quòd literas certum in locum perferendas acceperit, nec tamen pertulerit, sed partim abjecerit, partim verò arena obruerit; & nihilo tamen minùs prætenderit, se rectè eas curasse, eodem prætextu mercedem petierit ac receperit: tamen inde non continuò sequitur, quòd falsi crimen admiserit. Cùm alterum, & quidem præcipuum hujus criminis requisitum, adhuc desideretur: Voluntas scilicet & propositum veritatis immutandæ vel pervertendæ,

textus est manifestus in Authen. de instrum. caute & fin. in princ. collatio 9.

& scribit Angel.

in Tractat. maleficio. ad verb. Falsarios, n. 1. Matt. de Afflict. decis. 21.

dubitabatur apud regiam Majestatem, *n. 7.*
ubi dicit, falsum esse, quod à vero deviat.

& Boer. decis. 82. Et dico unum esse primò notandum &c. n. 9. ad fin. cum reliquis ejusdem generis.

Qui finis si huic Tabellario propositus fuisset, necesse est, ejusmodi intentionem ipsius, vel ex verbis, vel ex factis ejus deprehendi oportere, cùm nihil sit tertium.

Atque ex verbis, ut deprehendatur, nullo fieri modo potest; quamvis enim mentitus sit, adeoque, veritatis limites transierit in eo, quod se litteras rectè pertulisse ac probè curasse finxit: (mendacium etenim est falsa significatio vocis, cum inten-

tione fallendi conjuncta, secundum D. Augustinum, quem refert & sequitur Jas.

in l. si quis extraneus in princ. de acquirend. haredit. & scribit Gell. noct. Attica. lib. 11. *cap.* 11.)

6 indeque fiat, quod mendacium etiam largiter loquendo, falsi nomen mereatur,

Bartol. in l. quid sit falsum. vers. secundo modo. vers. & hoc modo loquendo. ad leg. Cornel. de fals. cujus sententiam refert & sequitur Alex. in Cons. 73. *non puto hunc Notarium. n.* 5. *lib.* 1.

verè tamen ac propriè loqui si volumus, aliud est mendacium, aliud falsum; mendacium enim regulariter non meretur pœnam falsi.

l. quid sit falsum, in fin. ad leg. Corn. de fals.

sed ijs solummodo in casibus, qui sub capite legis Corneliæ de falsis continentur,

gloss. fin. in præalleg. l. quid sit falsum,

ubi disertè scribit; quod non omnis mendax teneatur falsi, & tradit ibidem Bartol. *ad finem vers. tertio modo.* Cujus hæc sunt verba; tertio modo dicitur falsum strictè, & tunc illud dicitur tantùm falsum quod incidit in aliquod caput legis Corneliæ de falsis. Casus, inquit, est hic unde non puto, quod pro quolibet dolo, & pro qualibet deceptione quis incidat in falsum, ut puniatur lege Corneliâ de falsis. Hæc ibi Bartol. cujus sententiam portò commemorat & sequitur Alexander,

in d. cons. 73. *n.* 5. *li.* 1. *& Matth. de Afflict. in d. decis.* 21. *n.* 11. *& in fin.*

Ex quo sequitur dicto vel verbis, falsum non aliter committi, quam si in aliquod capitum Legis Cor-

Corneliæ de falsis incidat: quæ quidem capita enumerantur.

In l. 1. in princ. ad leg. Cornel. de fals. & aliis quibusdam in leg. Citat. per Bonifac. de Vitalin. in tit. de fals. num. 2. vers. dicto autem committitur.

Ut proinde non dubium sit; eum, de quo hic agitur, Tabellarium dicto aut verbis, quantumvis etiam mendacibus, falsi crimen non admisisse.

Porrò quod re etiam & facto hoc crimen non patraverit ex proposito & intentione finali (qua omnia maleficia distinguuntur & æstimantur, *l. qui injuria & l. verum. de furt.* non obscurè perspicitur, neque enim, cùm literas partim in itinere abijceret, partim arenâ contegeret, hoc ei fuit propositum, ut veritatem ejuscemodi litterarum vel immutaret, vel perverteret: sed ut desidiæ suæ explendæ gratiâ totius itineris longitudinem emetiri necesse non haberet. Atqui juris est plusquam manifesti: quòd is, qui litteras ei non reddit, qui, eas reddendi, mandatum susceperat, in crimen falsi non aliter incidat, quàm si ejusmodi litteras alij dolosè panderit vel manifestarit, sic enim in specie scriptum reliquit, *Bart. in l. Titio. n. 3. ad municipal.* Nam in casu illius legis: nuncius qui literas Titio studiorũ gratiâ Romæ degenti reddendas acceperat, eas Lucio rerum suarum gratiâ ibidem commoranti, collusione factâ, sicq; dolosè reddiderat. Cùm tamẽ in proposito nostro Tabellarius, eas, quas sæpè diximus literas, nemini prorsus, multoq; igitur minus dolosè & collusione

sione factâ, quippiam manifestarit. Præsertim verò ad litteras arenâ contectas, quod attinet: quippe, quæ eodem in loco, ubi ab initio fuerant reconditæ, integræ etiamnum & obsignatæ fuerint repertæ: adeoque in manus aliorum nunquam adhuc pervenerint, & licet illæ, quas abjecerat, litteræ resignatæ fuerint, & apertæ certi tamen & explorati juris est; quod in maleficiis voluntas spectetur; non exitus,

l. divus. ad leg. Cornel. de Sicar.

Idemque confirmat Cicero

in Paradoxis.

peccata non rerum eventu, sed actibus hominum metienda esse contendens.

Cui illud quoque affine est, quod scribit Corn. *Consil.45. eleganter adductum est num.3. & 4. lib.1.* ubi disserte respondit: quòd simili in casu, quando delictum sonat in furtum (sic enim loquitur) & non in falsum, locum non habeat pœna falsi. Propterea quòd falsum sit contrarium veritati, utpote, quòd veritatem immutet atque pervertat: contra verò furtum non committatur animo pervertendi vel celandi veritatem, sed animo lucrandi, rem ablatam. & subjungit idem Corn.

prad. in loc. vers. requiritur.

Quod dolum qui adhoc, ut falsum committatur, omnino requiritur,

l. qui testamentum ad leg. Cornel. de fals. l. nec exemplum. C. eod. tit.

ipsum falsi crimen respicere, vel ad falsum committendum directum esse oporteat. Nam si cælo (in-

(inquit) veritatem, non tamen animo celandi, sed aliàs doloso animo: non utique videtur ejusmodi dolus tendere in crimen falsi: qui enim subtraxit instrumentum, ille quidem celat veritatem: tamen si non facit eo animo; sed ut lucretur chartam, incidit in crimen furti, non falsi. Hæc ibi Corneus. Et cum probatur hæc sententia textu manifesto

in l. Paulus vers. sed & cæteros: ad leg. Cornel. de fals.

ubi disponitur, quod illi qui Tabulas literasve publicas vel celaverint vel surripuerint, vel deleverint, vel subjecerint, vel resignaverint, falsi pœnâ afficiantur quidem, ita tamen, si hoc ideò fecerint, ut verum (notetur) non appareat: & quod is qui celavit instrumenta non occultandæ veritatis, sed furti committendi, lucrique adeò faciendi gratiâ: non falsi, sed furti pœnâ teneatur, præter cæteros, quos suprà in eandem sententiam adduximus, scriptum etiam reliquit. Joan. Menoch.

arbitr. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 309. incip. falsi is pœna tenetur n. 6. allegans ad hoc textum in l. qui tabulas. & Bartol. in l. 1. de public. judic. Alciat in l. qui accusare. numer. 12. C. eod. Boer. decis. 292. num. 2.

accedit eò, quòd actu ita semper intelligendus sit, ut falsitas excludatur,

Angel. in tractat. maleficio. ad verb. falsar. n. 1. ad fin. Foller. in pract. crimnal. in 2. part. secunda part. sub rubr. item quòd commisit falsitatem n. 14. cum seq & Thom. Gram. Cons. 30. in causa Ioannis Thomasij n. 2.

Ex

Ex quibus tandem omnibus necessariò efficitur, eum, quem sæpe dico, Tabellarium, quandoquidem literas non animo celandæ vel occultandæ alijsve pandendæ veritatis: sed desidiæ suæ explendæ lucrique faciendi gratiâ, partim abjecit, partim verò in arenam defodit & abstrusit: nihil minùs quàm falsi crimen admisisse: & quod consequens est, pœnâ legis Corneliæ de falsis affici nullo modo posse.

At verò cujusmodi facinus is idem, quem dico, Tabellarius in se susceperit, in specie decisum non memini, tametsi enim Bartol. *in d. leg. Titio n.3. ad municipal.* hanc quæstionem (in quod delictum incidat is, qui non restituit litteras illi, cui eas restituendi mandatum susceperat?) moveat nihil tamen aliud respondet, quàm quod talis quæstio neque in textu illo, neque etiam in glossa dissolvatur: subjungens quosdam dicere: quod incidat in crimen falsi. Ego puto (inquit) quod incidat in crimen falsi: quia alteri literas (notentur hæc etiam verba) pandit & manifestavit &c. Nam suprà jam diximus: nuncium illum, qui in casu allegatæ *leg. Titio.* in mandatis habebat, ut literas sibi concreditas Titio redderet, collusione facta, Lucio eas reddidisse: ut proinde minimè admirandum videri debeat, quod secundum ea, quæ tradit inibi Bartolus, in crimen falsi inciderit.

7 Sed quæritur etiamnum, cujusmodi delictum is ipse quem multoties dixi, tabellarius admiserit, propterea quòd literas ad illum, cui eas redden-

das susceperat, non pertulerit: interim verò nec collusionem ullam fecerit, nec literas cuipiam panderit, vel manifestarit? Et licet *Bartol. in alleg. l. Titio.* non aperiat, cujusmodi delictum in proposito subsit: quoniam tamen nullus extat specialis titulus criminis, ad quem referri possit, consentaneum est dicere, quòd in stellionatum incidat. Quod enim in privatis judiciis est de dolo actio: hoc in criminibus est stellionatus persecutio. Ubicunque igitur titulus criminis deficit, illic crimen stellionatus locum habet: nec opus est species enumerare. Verba sunt Ulpiani

in l.3. vers. quod enim. & vers. item si quis imposturam. in fin. de crim. stellionat.

Et quamvis ipsum hoc crimen, nullâ certâ pœna, sed extra ordinem plectatur; tamen judici haudquaquam licet ejusmodi pœnam extraordinariam arbitratu suo exacerbare: sed omninò necesse habet intra cancellos à legibus præfinitos se continere. Sic enim respondit JCtus in ea, quam modò adduximus 8

l.3. ad finem.

perspicuis & benè significantibus verbis: solent autem (scilicet delinquentes) ex hoc crimine extra ordinem plecti: dummodò non debeat opus metalli hæc pœna in delictis egredi. In ijs autem, qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio aut ab ordine motio remittenda est. Quibus verbis expressa traditur regula certis finibus circumscripta, extra quos judici evagari non licet, cùm pœnis legum & juris contentus esse debeat,

l. si ita stipulatio facta fuerit 19. de verb. oblig.

eaque

eaque propter & pœnæ persecutio non judicis voluntati mandetur, sed legis authoritati reservetur,

l.1.§.sed non utique vers.& quamvis. Ad senatus cons. Turpilia & l. aliud est fraus. 131. vers.& mulcta quidem.de verb.significat.

Et mulcta quidem (ait ibi Jurisconf.) ex arbitrio ejus venit, qui mulctam dicit: pœna non irrogatur, nisi quæ quacunque lege vel quo alio jure specialiter delicto imposita est, & concordat textus

in l.si qua pœna.eod.tit.de verb.signif.

usq; adeò, ut judex pœnam arbitrio etiam suo permissam, non solùm ad mortis, sed ad mutilationis quoque membrorum, vel perpetui carceris pœnam extendere non possit,

Iohan.de Immol.in l.2.Colum.5.de public. judic.& in c.Inquisitionis, ad gloss.2.in verb.alioquin. de accusation. quem refert & sequitur Alexand. in Cons.55.in causa inquisitionis n.3.& 4.ubi singula membra comprobat,lib.7.

Et meritò quidem. Cùm judicem boni & innocentis viri officio fungi, *l.cætera.itaq; res vers.1. famil. ercifcund.*

ideoque non aliter, quàm ut virum bonum decet, arbitrari oporteat,

gloss. in c. super his in verb. arbitratriam & in verb.astringendus.de accusat.cum similib.allegat. per Alexand. in d.cons.55.n.3.

Nam arbitrium Judicis naturali æquitati consentaneum semper intelligendum est.

Afflict.in c.1.n.119.de mil.vasal.qui contu.est.

Eodemq; pertinet, quod scribit Borgnin. Cavalc. *in Tract.de tutor.& curat.mihi p.277.n.301.*

quod

quod relinquitur, inquiens, arbitrio judicis, id re-
„ linquitur non arbitrio capitis ipsius, sed arbitrio
„ regulato per jus commune scriptum & non scri-
„ ptum, sed tamen approbatum &c.

Sed etsi maximè crimen falsi in proposito admissum fuisset (posito, sed nequaquam concesso) attamen necdum intelligere possemus, quamobrem is, de quo diu multumque jam loquimur, tabellarius, morte mulctandus esset. Cùm certa sit juris doctrina: quòd ratione admissi falsi, mitior utique quàm capitalis pœna sit infligenda.

l. 1. §. fin. ad leg. Cornel. de fals. & §. item lex Cornelia. de falsis instr. de publ. judic.

ubi in specie dispositum extat, quòd pœna falsi in liberis hominibus sit deportatio, & omnium bonorum publicatio; dum tamen meminerimus, hanc, quam dico, publicationem bonorum in omnium delinquentium personis, novo jure generaliter sineque ulla exceptione sublatam esse,

§. fin. Authen. ut null. jud. collat. 9. & Authen. Bona damnatorum. C. de bon. proscripto & scribunt gloss. in d. l. 1. §. fin. in verb. publicatio. Bonifac. de Vitalin. in tit. de fals. n. 3. Alexand. in d. cons. 55. nu. 1. in fin. lib. 7. & Matth. de Afflict. decis. 400. & ult. num. 14. & 22. & Thom. Grammat. voto. 25. in causa nobilis Donati. n. 12. ad fin. & num. 13.

sed & deportatio consequenti tempore in usu esse desiit,

Alexand. in d. cons. 55. nu. 1. in fin. Capyc. decis. 153. Ludov. Carrer. in pract. Criminal. mihi fol. 29. §.

Decimus sextus casus est.n.32.Jul.Clar.lib.5. sent.§. falsum.vers.sed quaro qua sit pœna falsi. & Octav.Cachera.decisio.105.incip.ex actis n.3.

in ejusq; locum usu jam & consuetudine recepta est publica flagellatio, cum perpetua relegatione: quæ ipsa quidem pœna, illi etiam, de quo in proposito quæritur, tabellario dictata fuit in Collegio N. nam ut Clementiæ, sic contra severitatis gloria affectanda non est: sed accurato judicio perpendendum, ne aut remissior aut durior pœna constituatur, quàm delicti qualitas expostulat,

l. Pœdius ad fin. de incen. rui. naufrag. & l. respiciendum.in princ.de pœn.

ut rectissimè adeo præcipere videatur Cicero in eo, quem de officiis scripsit, *lib.1.*

dum cavendum esse admonet, ne major sit pœna quàm culpa, & *in lib.3. de legib.* ubi inter alias Reipub. benè restituendæ leges, hanc etiam commemorat: noxæ pœna par esto.

9 Etsi autem minimè inficiamur: nonnunquam & mortis pœnam falsariis irrogari solere; illud tamen regulare non est, sed certis duntaxat in casibus specialiter constitutum, utputa, vel in personis servorũ *d.l.1.in fin.ad leg. Cornel.de fals.* & §. *item Lex Cornelia.de fals.Inst.de publ. judic.* vel in crimine suppositi portus. *l.1. C. ad leg. Cornel. de fals.* vel in eo, qui falso Principis rescripto utitur,

l.ubi junc.glos. penul.& l.majorem.ubi annotavit Salicet.num.1.in fin.C.eo tit.de fals.

de cujus legis intellectu prolixè differit

Matth.de Afflict.in decis.400. num.15.16. & 18. in fin.

vel

vel in Notario falsum instrumentum immunitatis conficiente.

Bartol. in l. 1. per illum textum C. de immunitat. nem. conceden. lib. 10. Roma. singula. 385. pone, quod Notarius, & Angel. in tracta. malefico. ad verb. falsario. num. 48. cum simil.

vel in eo, qui magnam actorum copiam in Reipublic. perniciem, quò minùs de veritate constaret, dolosè combussit.

Angel. in d. l. ubi circ. princ. C. ad leg. Cornel. de fals. & in aliis ejusdem generis specialibus causis. Cæteroqui verò pœna falsi plerumq; vel regulariter non est ultimum supplicium, secundum expressa legum capita paulò ante deducta,

& not. Matth. de Afflict. in c. 1. in princ. 13. notab. num. 40. in fin. de prohib. feu. alienat. per Feder: idem Afflict. in decisio. 21. num. 8. nec non in alt. decisio. 400. & ult. num. 17. & Boër decisio. 82. n. 8.

Hæc omnia ex d. Thomingii Decisione 34.

THEOREMA XVII.

SUMMARIA.

1. *Furtum quid sit.*
2. *Quænam ad furtum requirantur.*
3. *Ministri Postarum quomodo furandi occasionibus subjaceant.*
4. *Aurum, argentum, gemmas &c. in postis suscipere vetitum.*
5. *Ratio cur.*

Aliàs, qui literas, aurum, argentum, gemmas &c. continentes, emungit, actione furti tenetur. (a)

1 (a) Furtum est fraudulosa rei alienæ mobilis & corporalis invito Domino contrectatio, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei vel usus etiam ejus, vel possessionis

§.furtum est.l. de oblig. quæ ex del.nasc. adde l.1. in fin.ff.de Furt.

2 Ad furtum igitur probandum, vel ut quis furti actione pulsari queat, necessaria sunt, primùm contrectatio, *l.3.§.si rem ff.de acquir.possess.*

sola namq; furti faciendi cogitatio furem non facit *l.1.§.sola.ff. eod.* ut nec verbum nec scriptura *l.si quis uxori.§.neq; verbo & l.inficiando in pr. ff. eod.* Secundò dolus seu fraus. *l.furtum in pr.ff.de usucap.* Tertiò res mobilis & corporalis. Quartò res aliena. Quintò, ut contrectetur invito Domino

Iustus Sinolt.cogn. Schüz. disp. Iustin.18. th.8. ad §.8.l.de oblig.quæ ex del.nasc.

vel quasi Domino, vel eo cujus interest. *d. l. in fin. juncta gl.l.is cujus interest. ff.eod. & l.manifestissimi in pr.C.eod.§.furti autem actio.*

Sextò, ut lucri faciendi animo vel ipsam rem vel possessionem vel usum contrectet.

d.l.1.in fin.ff.eod.

Quanquam verò actio commodati quàm furti hîc potiùs dari videatur, cùm aurum, argentum &c.

non

non animo furandi à Domini possessione abstulisse, sed ab eo volente & consentiente accepisse in confesso sit: nihil tamen obstat, quo minùs furtum dici mereatur: etsi enim non dolosè à domini possessione abstulerit, tandem tamen dum ea inficiatus est, aut domino restituere recusavit, furtum commisit, ut JC. globatim docent

Joh. de Imola in l. si tibi dederim. 25. ff. de Donat. & in l. Cassius. 17. ff. de solut. Chassan. ad consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. si aliquis simplex furtum. n. 9. ibi: quæro nunquid consumpto. Et alij cum Matth. Berlich. part. 5. concl. 58. n. 4. & 7.

moti per text. clarum & expressum

in l. si is cui 7. C. de furt.

ubi dicitur, quòd is furtum committat, qui pecuniam (Geldt oder Geldtswerth) alteri offerendam in suos usus convertit; qui textus eò magis attendendus, quod in his ejus verbis quantitate numerata &c. non duntaxat numerationis sed & quantitatis fiat mentio. Quamobrem sicut *Posta sub Magister*, vel *minister* tale delictum perpetrare potest, 3 postquam Dominus auri, gemmarum, &c. ei omnia, quæ litteris vel fasciculo sunt inserta, monstrârit ipsique soluto precio, pro transmissione commendârit; ad eundem modum, & quidem speciosiùs talia subducere potest, si domino tacente, nilve indicante aut monstrante, literas quibus aliquid gemmarum &c. inclusum esse conjicit, manibus contrectet & sic emungat. Hujusmodi furtum ante aliquot annos commisit non procul à Wienn in Austriâ cursor quidam publicus, scatulam gemmarum

4 Francofurto à Brierianis ad contexendam Spiram pro S.Cæs.Maj.transmissam auferens.

Nota autem, per mandatum Generalis Præfecti universale, de non suscipiendo in Postarum officiis auro,argento,gemmis & similibus, cùm privatorum securitati, tum officialium famæ, optimè
5 prospectum est.

Quippe Postæ institutum est, literas seu epistolia,non merces transportare,si qui verò clam inferunt,doli sui pœnas non immeritò luunt, & majores merentur,eò quod ob damnandam lucri particularis cupidinem & summi principis & procerum & Rerumpubl. negotia deprædationibus obnoxia reddere, & simul proximo injuriam inferre non vereantur: nam,in similibus, Postarum Præfectus factum quidem,quia de propria voluntate, sed suspicionem,quia ab alieno scelere dependet,evitare nullus potest, quod & exemplum jam allatum docet, quia certè usque ad cursoris hujus prope Viennam scatulam furantis deprehensionem Præfectus,cui Francofurti concredita fuerat, suspicionem dubio procul vix evasit, quanquam innocens & quid de ijs,quæ per alios ad centum milliaria geruntur, prospicere haut valuerit: adde,quod similia non semper enotescant,secundum proverbium, quod decies factum pro uno reperto supponit. Attamen interea innocentem præsumptio quatit,quod procurare injustum & temerè insimulare lævum est. Secundum itaque superioris præceptum rectè faciunt,quòd aurum,argentum & merces ab officijs arceant.

THEO-

THEOREMA XVIII.

SUMMARIA.

1. *De rebus in cursu publico perditis, ablatis &c. quando teneatur Præfectus Postæ.*
2. *Quando ille qui obtulit Postæ.*
3. *Quando ille qui recipere res debebat.*
4. *Quando cursor publicus.*
5. *Legatus quando damnum repetere non possit.*

SI cursor literas vel fasciculos, quibus aurum vel clinodiæ sunt insertæ, vehens, in latrones incidat, & spolietur, periculum aliquando est Postæ Præfecti, (*a*) aliquando ejus qui Postæ literas commisit, (*b*) aliquando autem illius qui dictas Clinodias accipere debuit, (*c*) aliquando etiam cursoris. (*d*)

(*a*) Si nempe in se suamq; fidem recepit Clinodias, aut debito tempore sarcinã non commisit cursori, aut eum aliud quàm consuetum iter cursorium (Post-Straß / Post-Weg) currere jussit, aut im- 1

improvido & incurio cursori rem tradidit, nam suscepti quicquid gerunt ministri, Domini gessisse præsumuntur *Menoch. consil. 53.* & Dominus sibi imputare debet, quod conditionem illorum, quos officiis præfecit, non melius exploraverit,

l. qui cum alio 19. ff. de R. I. Berlich. part. 5. concl. 50. *n.* 31.

aut quovis alio modo in culpa fuit, qua cursor invasionis periculum subiret.

2 (*b*) Dum cursore rectè se gerente, suo marte aurum vel clinodias aliorsum transmittit, vel debitor

uti Angelus Aretinus inter Consil. crim. Ziletri cons. 72. incip. Ioh. de Cornazona. n. 7. & n. seq. lib. 2. distinguit.

ad quantitatem & sic ad genus obligatus fuit, cujus opinionis præter Aretinum etiam est Baldus.

præter leg. si quis. 52. §. apud Labeon 11. *ff. de furt. Baldus in l. si is cui. 7. C. de furt. nu. 3. ibi. quæro nunquid ille, & seq.*

Debitoris aliàs periculum planè esse, si tabellarius spolietur, asserunt Matthias Berlich. *de conclus. n. 25. per text. in l. eum qui.* 10. §. *ult. in fin. & l. seq. ff. commod.* Antonius Hering. *de fidejuss. c.* 20. *§. 27. n. 29. in med. vers. sed quin debitoris & seq. Bald. in d. L. si is cui* 7. *Cod. de furt. n. 3. sub finem vers. aut non erat nuncius notus.*

etsi tabellarius notus, familiaris, idoneus, communique opinione bonus & diligens. *Hering. d. loc. post. med. vers. etiam idoneus & seq. per text. in significante* 7. *in med. & de pignorib.*

Tam-

Tamdiu enim pecunia periculo est debitoris, donec ad creditorem fuerit perlata *Angel.in l.si finita.*15. §.*si jam ff. de damn.inf.* & casus fortuitus, qualis dicta spoliatio est, *gl.in* §.*namq̃.* 4.*l. de action.verb. casu Laurent. sylv. de Feud.recogn. quæst.* 109.*n.*43.debitorem ab alieno ære non liberat.

per text. in l.incendium 11.*ubi Bl.& Dd.communiter C.si certum petatur.*

(*c*) Si per alios sive verbis sive scriptis aurum, argentum & clinodias sollicitavit & Postæ beneficio ad se perferri petiit aut jussit. 3

l.eum qui 10.*§.ult. vers.siquidem ego mandaveram.l.si mei* 12.*§. commodatam. in pr. ff. commodat.Hering de Fidejuss.c.*10.§.27.*ibi: quid autem dicimus.n.*22.*& seq.Berlich.d.loc.n.*29.*& seq.*

(*d*) Si,à se ipso,relictâ viâ commoda solitâ certâ & ordinariâ per aliam insolitam & periculosam transcurrerit. 4

*Virg.Pinzig.q.*48.*n.*5.*sub fin.vers.declaratur hoc n.*8.*& seq.Bl.in l.inter causas* 26.§.*non omnia ff. mandat.n.*3.*vers.& tunc aut Ambasciator.& seq. in l* 1.*C.depositi n.*1.*vers.sed & si per insolutas aut. diutius.*

Quemadmodum nec Legatus (quem quondam Hieron. Wouttonius Legatus Angliæ facetè definivit, esse virum bonum, à Rege suo, ad mentiendum,Reip.causâ missum) in vijs insolitis, à latronibus,qui jus gentium rarò curant,spoliatur,damni repetitionem habet, 5

*arg.l.*1.§.2.*in fin.ff.de his qui effud.ibi Bart.qui ita dicit in t. Florent.& Ubald. pronunc. Gail.*2.*obs.*

 64.r.

64.n.11.Mynſ.5.obſ.70.n.4. Otto in 1.l.c.11.p.290. Arum.ad A.B.diſp.1.Schneidevv.ad §.ſacra quoque n.4.fin.Inſt.de R.D.ibi: non ſarcienda damna. ſi Legato quid imputari poſſit; damnum enim, quod ex ſua culpa ſentit, non ſentire videtur, *per jur. vulg.* non ſolum ergò ſecurius ſed & honeſtius eſt ire per vias ſolitas, *arg.l.4.§.5.ff.de off.proconſ.* & ſanctiſſimo Legationis munere indignum eſt, latebras quærere; palam Legatus ambulat, aperto velo, amat agnoſci, aſpici ſalutari.

Paſchal.c.29.& ex eo Arum.de loc.

Idcircò Athenienſes Legatos ſuos, quos in Arcadiam miſerant, morte mulctarunt: refertq; Kirchnerus de Legat. *8.n.17.*

Rinconium & Fregoſium in ſuſpicionem veniſſe & violatos eſſe. Aut diutius juſto in via ſe detinuit: ſin ſecus, fatalia nemo præſtare cogitur damna. *l.cum duobus 52.§.damna ff.pro ſoc.*

Invaſionem tamen & ſpoliationem eorum qui eum in finē in vijs publicis graſſantur, probare prius tenetur, ſi Domino rei ad pretij reſtitutionem teneri nolit. Nam variâ ſuâ culpâ, ut nuncius, ſic & curſor veredarius in infortunium labi poteſt. De ipſis Jacob Locher

in navi ſua ſtultifera (Narrenſchiff) *tit. de ſtulta nunciorum Legatione.*

ita ſcribit:

Propoſui fateor, nullos vehere in rate noſtrâ
Curſores agitur, res quia noſtra mari.
& paulò poſt.
Quidam curſores plusquam committitur ipſis
Expediunt nugas concipiuntq; meras.

Sæpius

Sæpius ex magna tamen ebrietate morantur,
Officium tardant, expediuntq; nihil,
Atq; vias calcant infidi tempore multo,
Otia longa terunt, conficiuntq; moras,
Caupones omnes lustrant, omnesq; tabernas,
Ut capiant dulci vascula plena mero:
Ter legit atq; quater chartas, manibusq; revolvit,
Nosse volens quidnam litera missa canat.
Non alia rationi tamen sic scire laborat,
Scripta, nisi ut valeat dicere multa nova.
Negligit interdum, nec scit commissa referre,
Et sine responso perfidus inde redit.
Tempore ceu messis recreat nix corpora nostra
Et sicut requies quaq; cupita juvat:
Sic recreat Dominum per quem Legatus abivit
Nuncius, & charta credita jussa refert.
Hi sunt, quos volui, stulti, qui nuncia verba
Transvectant: currunt nec sine vase meri.
Jecur habent calidum, calor hic innascitur ipsis
Ob volucres cursus nugiloquasq; genas.
Nuncius hic dignus precio titulisq; decoris
Expedit imposita qui citò jussa rei.

THEOREMA XIX.

SUMMARIA.

1. *Cui litera ad Emporia præ cæteris diligenter exhibenda.*
2. *An Præfectus Postæ pro debito literas retinere possit.*

Lite-

Litteræ ad civitates, apud quas officium curſorium eſt, pertinentes, ſeria diligentia, pro ordinario precio fideliter foras edi, nec ullo modo periculosè detineri aut recuſari debent. (*a*)

1] (*a*) In plerisque ferè civitatibus, ubi mercatura viget, officium curſorium (Poſt-Ampt) reperitur; quibus, ſi literæ aut negligenter, aut precio contra æquitatem adaucto foras darentur, aut diutius juſto detinerentur, & occultarentur, damnum ſeu periculum inde exortum Poſtæ Præfectus omne reſarcire tenerentur, ita quidem, ut, ſi negligenter diſtribueret literas, actio in factum; ſi precium iniquum eſt, Exceptio plus petendi: ſin verò literas periculosè detinet, occultat, &c. Actio ex l. unic. c. de ſentent. quæ pro eo quod inter, profer. contra ipſum inſtitui poſſet.

2 Sed quæritur, an Poſtæ præfectus illi, qui ipſi pro aliis literis vel re alia, aliquid adhuc debet, præſentes literas, donec debitum ſolvatur, retinere queat? Videtur quod ſic, idque jure retentionis, de quo alibi.

THEO-

THEOREMA XX.

SUMMARIA.

1. *Literæ pretio justo tradendæ.*
2. *Cur.*
3. *Literæ Canonicæ seu Formatæ quid sint.*

IDem de ijs literis, quæ ulterioris translationis gratiâ dictis officiis commendantur, sentiendum. (*a*)

(*a*) Ut scilicet pro justo precio, nec non sine detentione ullã ibi loci distribuantur ubi decet, & tradantur ijs ad quos sunt scriptæ & quibus sunt commendatæ, an welche die Brieff addressiret oder recommendiret seynd. Quibusdam enim literis (ut hoc cap. th. 18. relatum) Clinodiæ, aurum aliaque preciosa sunt injecta, imò his majoris momenti, ut quæ contractus continent matrimoniales. Possunt enim matrimonia inter absentes, adeoque literis & nuncio contrahi: *l.* 4. *& l. final. de sponsal.* Quemadmodum nec interest sive in scriptis sive sine scriptura quis sibi spondeat uxorem futuram, modò de consensu constet. *l. in sponsalibus.* 7. *ff. eod. Schneidevv. l. de nupt.* Ejus prærogativæ sunt literæ Canonicæ i. Formatæ. Sunt autem Formatæ literæ quæ ijs dantur quæ singularem gradum 1 2 3

dum

dum seu dignitatem sunt nacti, ad gradum vel dignitatem eam testificandam. *Vide indicem rer. & verbor. ad processum Terminai.*

THEOREMA XXI.

SUMMARIA.

1. *Pestis quid sit.*
2. *Contagium quid sit.*
3. *Cur tempore pestis fasciculi literarum filis ferreis complicandi.*

PEstis (*a*) aut alius contagij (*b*) tempore literarum fasciculos non linteis (*c*) sed ferreis curet complicari filis.

1 (*a*) Pestis vocabulum planè æquivocum est; nos in strictiori id sumentes significatu, dicimus, hic intelligi morbum Epidemium, contagiosum ac venenatum, occultâ veneni sui qualitate è diametro vitæ humanæ contraria, cor affligentem, ejusque τὸ ἔμφυτον θερμὸν spiritusque dissipantem seu depascentem, ac postremò omnis generis lethalia Symptomata sæpius inducentem *Matthias Vnzerus de Lue pestif. lib. 1. c. 2.*

2 (*b*) Quod juxta Fracastorium nihil aliud est quàm infectio, seu maligna qualitas de uno subje-

cto

cto in aliud transiliens: hinc contagiosi morbi, quales sunt quædam febres malignæ, dysenteriæ, pleuritides & id genus alij.

(*c*) Aut cannabinis, ut vulgò fieri consuevit.

(*d*) Quoniam venenum pestilentiale & contagium facile hujusmodi materiæ rebus putredini subjectis adhærere solet, quod non magnopere admirandum cùm & leprosorum contagium id valeat efficere S. Scripturâ teste *Levitic. cap.* 13. *vers.* 47. *& seq.* 3

Hinc Martinus Pansa:

Consil. antipestif. 2. quæst. 4.

Gleich wie das contagium der Außsätzigen durch wüllen und leinen Geräth oder Beltz und allerley Fällwerck fortgepflantzet werden kan; also kan der pestilentzische Dampff an solchen Sachen hafften/ und mit dem Flachs/ Leinwath/ Teppich/ Federn/ Garn 2c. fortgetragen werden.

Latinè:

Quemadmodum lues leprosorum panniculis lineis aut laneis ; vel pelliceis transferri potest, ita vapor pestilentialis ejusdem rebus inhæret, & lino, tela, tapetibus, plumis, filo &c. transplantatur.

Et Samuel Heinnizius

in histor. laquei venatoris conc. 1. *p.* 20. *ex* Wier. *lib.* 2. *c.* 30. *de præstig. Dæmon.*

narrat, vespillonem fasciculo lineo (mit einem Kläwlein Faden / Spacht oder Garn) pueris in plateis obviam projecto, multos infecisse ac interfecisse. Bocatius *in Decamer.*

scri-

scriptis prodidit, quisquilias & rejectamenta pauperculi pestilentiâ emortui, in vicum publicum projecta, porcis, qui fortè fortuna duo nunc aderant, dentibus lacerata bifidis ungulis divulsa atque in minutissimas partes, more illi animali consueto, discissa, exiguæ horulæ spacio utrique necem intulisse, eosque ac si toxicum fuisset exhibitum supra pannos laniatos consideratos concidisse; quâ de re plura in dicto tractatu meo 500. Quæstionum de Peste & morbis contagiosis, dicto Würg-Engel / legere licet, Laudandus proinde prudentissimus Venetorum Senatus, præ multis aliis maximâ industriâ curans, ne literæ lineis filis colligatæ pestis tempore in suas urbes perferantur.

THEOREMA XXII.

SUMMARIA.

1. *Charta quænam pestis tempore melior.*
2. *Quænam periculosior.*
3. *Papyrus angusta* (Postpapier) *ad literas optima.*

ET quoniam litteræ vel chartæ ipsæ è locis contagij nomine suspectis illatæ, contagium seu pestiferam qualitatem recipere & in accipientium vel legentium perniciem effundere possunt, Præfectus

fectus Postæ cursores loca infecta, quoad ejus fieri potest, præterire jubeat. (*a*)

(*a*) Charta sicca, tenuis ac lævigata vel per a- 1
quam glutinosam ducta & in loco sicco asservata; literæ quoque sicca cœli constitutione è pestiferis locis apportatæ, nec madore aliquo affectæ, haut facilè contagionem suscipiunt malignam, aut susceptam diu retinere possunt: etsi forsan observatum aliquando fuerit, ex talium literarum latura vel lectione, aliquem peste fuisse affectum, tunc causa istius affectus non tam ipsi chartæ, quàm vel, primò, filis, ligamentis, ac involucris, quibus literæ circumdatæ fuerint, utpote facillimè putredine obnoxiis, secundò forti alicui imaginationi & apprehensioni. Tertiò, timori ac terrori legentis è nuncio parum læto repente orto; quartò ipsi γραμματοφόρῳ νοσερὰς ἐγκρίσεις vestibus suis, è locis infectis secum adferenti easque in traditione literarum alteri communicanti, adscribenda erit.
Charta tamen vel madida vel aspera & bibula bo- 2
cisque udis, nec vento perflatis, longo tempore asservata; vel literæ humidissimâ pluviosaque aëris intemperie è locis infectis allatæ, ad μίασματα λοιμικὰ recipienda ac recepta aliis communicanda, aptissimæ judicantur. De chartâ illâ augu- 3
sta, quam nostri Postpapier appellant, cur hic multiloquus sim, non video, pauca hæc sufficiant: ad literas ea reliquâ papyro est aptior, suâ, cum extrin-

 secâ

ſecâ bonitate, tum ad parcendum ſumptibus, ſubtilitate.

THEOREMA XXIII.

SUMMARIA.

1. *Vox Franco aut Franca literis inſcripta quid ſibi velit.*
2. *Feuda Franca quæ dicantur.*
3. *Pro literis Francis quid ſolvatur.*
4. *Detractio injuſta ea cauſa Poſtis facta.*

Literas voculâ FRANCO vel FRANCA (*a*) notatas, ſine nummorum exactione (*b*) ijs tradi curet ad quos ſpectant. (*c*)

1 (*a*) Signatur epiſtolium quandoq; vocula Franco vel etiam Franca (ubi ſubintelligitur *lettera*.i. epiſtola) Italico Idiomate, liber, vel libera, immunis. *Sonsbec.p.3.1.35. Borchold.c.4.n.20. & 32. Hum. de F.c.6. Lupold.de Bebenburg.de jur. Regn. & Imper. Romanor. c.1.*

ita *Franco per tutto*, i. liber per omnia loca, & *Francare le lettere*, eſt litteras à ſolutione liberas facere. Sic in Gallia omnes poſſeſſiones nobiles, ſive Feudales, ſive allodiales dicuntur Francâ feuda,
2 quia per leges ſtatuta & conſtitutiones Galliæ omnia

feu-

feuda aut bona nobilia sita in Gallia, possideri non possunt, præterquam per Homines Francos h.e. per Nobiles ex genere, aut Nobilitatos per Regem Francos seu liberos statu & exemptos de omni genere tallearum, indictionum, auxiliorum, subsidiorum aut similium onerum, quibus ignobiles & plebeij obnoxij sunt *P. Greg. Tholos. de Rep. lib. 3. c. num. 7.*

(*b*) Iterata intellige, & cum jam sint solutæ seu precium pro ijs expensum. Conquestos antè hac memini de quorundam ministrorum cursus publici exactione precij duplici adeoque indebiti, nec non, ut illa vires acquireret, vocabuli Franco adulteratione vel totali etiam obliteratione &c. quod ubi sit reprimendum est à superiori, siquidem solutionem factam bis cupiens, dolosus habetur *in l. 57. ff. de R. I.* & nemo cum alterius damno fieri debet locupletior. 3

l. cum hic. 8. §. 22. ff. de Transaction. l. itaq; 28. ff. de dol. mal. l. 26. ff. de R. I.

è contra tamen inter plurimas alias detractiones, quibus Postarum præfectura aut per malitiam aut saltem ignorantiam passim impetitur, hæ de prætensa duplici solutione epistolarum, minimè non sunt, cum ignorantes sensum vocabuli Franco, & quousq; sumendũ sit, non intelligant vel mali intelligere nolint, ne omnem injuriarũ suarum apparentiam perdant. Itaque sẽ res sic, in Imperio habet, quod literæ quæ Viẽnæ, Pragæ, Lipsiæ, Argentinæ & multis aliis in locis tradũtur & solvũtur quæq; simpliciter, Frãco aut etiã Franco pertutto, per scribentiũ incuriam aut 4

imperitiam & non *Franco per* Waldmünchen/ Erfurt/ Rheinhausen/ Nürnberg &c. notantur, in loco redditionis justè iterum solutionem vel potius alteram ac residuam solutionis partem debeat; quia precium in alterutro termino non solvitur totum sed dimidium. Et quoniam similia frequenter & passim accidunt, statim sunt, qui Postarum Præfectos fraudulenti nummi cupiji insimulent; quòd si hujusmodi verbi *Franco* aut *Franco per tutto* errores in officiis emandari curent, quia talis correctio variâ apparet manu, necessariò dolum eos moliri atque alieno damno se locupletare dicuntur, cùm tamen aliud non faciant quam officii debitum.

(*c*) scil. ad quos seu scriptæ seu saltem commendatæ sunt.

THEOREMA XXIV.

SUMMARIA.

1. *Postæ augmentum à Præfecto quærendum.*
2. *Moderatio in ea re adhibenda.*
3. *Præfectus Postæ suis occupationibus impeditus non excusatur.*

POstę Præfectus operâ suâ haut parcus sit, ut publicæ utilitatis gratiâ (*a*) Postæ, quantum in ipsius manu est, (*b*) crescendi copiâ nanciscantur atque propagentur. (*c*)

(*a*) Cùm,

(*a*) Cùm, ut tanto citius omnia ad Principem vel 1
etiam ſtatus perferantur eorumque juſſa & placita
executioni tradantur, tum, ut correſpondentiæ ad
commercia neceſſariæ continuentur & ſartæ tectæ
conſerventur.

(*b*) Quis enim ad plura viribusque imparia eum 2
cogat? cùm impoſſibilium nulla ſit obligatio *l. impoſſibilium 145. ff. de R. I.* & qui fecit quod potuit, legem adimpleverit.

Gylman. Deciſ. Cammeral. 43. n. 64. l. 21. Brun. de ceſſ. bon. qu. 7. n. 8. Wilh. Anton. de reſcript. morator. tit. 8. concl. 49. n. 204.

(*c*) Ubi creſcendi copia & propagatio locum 3
habere poſſunt. Si tamen, ob alienas, Poſtæ Præfecturæ & propagationi, prout decet, vacare nullus poteſt, excuſatione non juvatur, quia occupatio, quam ſua voluntate & culpâ quis incurrit, ſibi imputatur.

damnum 36. de R. I. in 6. Schneidevv. in princ. tit. I. de excuſ. tut. & curat.

THEOREMA XXV.

SUMMARIA.

1. *Controverſia ratione officii Poſtarum Colonienſium.*
2. *Præfecti jurant ſe rem curſoriam defenſuros.*
3. *Quis in eam rem implorandus.*

QUod ſi quem rei curſoriæ cornua obvertere eique ob-

 ſtacu-

staculo esse animadvertit. (*a*) hunc non tractim tangat, (*b*) sed perniciosum ejus impetum ope Superiorum & Magistratus (*c*) quamprimum frangere omnique meliori modo Postæ medicari tentet. (*d*)

(*a*) Id quod non infrequens est; nec omnes fugit quanta contentio anno salutis 1608. inter Dominum de Taxis & Henoth Postæ Cæs. Præfectos, illum Generalem, hunc specialem Coloniensem orta & quomodo controversia hæc per ipsum Reverendissimum Electorem Mogunt. rei cursoriæ protectorem ad S. Cæs. Majest. sit introducta. Dicta posta à Generalatu diu fuit separata, unde pro illa Eminentissimus Dominus Elector 11. Decembr. 1608. ad Imperatorem scribit: Und zu vester Erhaltung dieses alles/haben E. Keyserl. Majest. so wol an obgemelte meine Vorfahren/als andere Chur- und Fürsten zum andern mahl durch deroselben allergnädigste Schreiben und Patenten/gedachten Henoth. bey solchem seinem anbefohlenen Post-Ampt und Befelch zu handhaben / ihme alle mögliche Hülff und Beystand zu leisten gleichfals commendiret und publiciren lassen. Item: In Erwegung daß solches Post-Ampt zu Cöllen/ neben denen darzu gehörigen/ ohne Mittel E. Keys. Majest. und dem H. Reich allein unterworffen.

La-

Latin:

In quorum vigorem dicta Cæsarea Majestas, itarata vice dictum Henoth tàm prædecessoribus meis, quàm aliis Electoribus ac Principibus Clementissime omni subsidio juvandum & in officio sustinendum commendavit.

Item; considerando dictam præfecturam Coloniensem S.C.Maj. vestræ & imperio iṁediatè & soli subjectam. Et propterea transactiones inter Dominum de T. & H. ut præjudiciales ac invalidas rejecit Elector his dictarum litterarum verbis: Dieweiln ich befinde / daß alle des T. mit H. vor diesem auffgerichtete Verträg und andere Vergleichung E. Keys. May. allergnädigsten Anordnung / auch des H. Reichs Jurisdiction gantz zuwider und nachtheilig gewesen / rc.

Latinè:

Quoniam edoceor omnes T. cum H. transactiones & pacta in præjudicium ordinationum S. Cæs. V. Majest. & jurisdictionis Imperii cessisse.

Postea tamen ab Imperatore Rudolpho II. gloriosissimæ memoriæ, Officium quoque hoc Coloniense Generalatui denuò fuit subditum, restante illa confirmatione quæ in gratiam illustrissimi Domini Comitis de Taxis die 26. Septembris 1612. in Consilio Imperiali aulico fuit decreta. Quantas porrò (ut taceam) Posta Francofurtensis introducta & aucta invidiosas senserit difficultates, ex evidentia facti & tot supplicibus ad Cæs. Majest. libellis satis patet, ut infra, vom Nebenbottenwerck plura.

(*b*) Neq; commoda occasione, quæ omnem mo- &

ram respuit, sæpeque plus virtute potest, *Gruter in Florileg. Ethico-polit.* excidat, præsertim cùm hoc Postis Præfecti jurare soleant, uti è copia d. Bestallung Brieff videre est, quæ sic habet: Hergegen auch den jenigen / so dieser unserer Freyheit und im Ampt Franckfurt einigen Eintrag / Verhinderung oder Nachtheil suchen zuzufügen/und die Händ anzulegen/da sie nicht befügt seynd/allen rechtlichen möglichen Widerstand thun.

Latinè:

E converso, omnibus istis, qui privilegiis hisce, & Præfecturæ Francofurtensi contrariari studebunt, obviam ibi, quantum jure potero valueroque.

3 (c) Vel præsentis vel Eminentissimi Electoris Moguntini, vel ipsius etiam Cæs. Maj. ut in causæ arcem invadant & Regale hoc inclytum inclytè defensum eant.

(d) Prout necessitas & inflicta vulnera efflagitaverint.

THEOREMA XXVI.

SUMMARIA.

1. *Proditionis quale crimen.*
2. *Proditorum calliditas.*
3. *Proditorum pœna.*
4. *Exploratores an sint Proditores, & quæ illorum pœna.*
5. *Præfecti Postæ industria.*

Vigi-

VIgilandum, ne apud Postarum Officia proditiones, aut id genus mala alia vel irruant vel irrepant. (a)

(a) Atrox proditionis crimen & in privatis & 1
in publicis reperitur negotiis in publicis adversus Principem eique fideles publico cursu mediante, uti facilè ac innumeris accidere potest modis, ita sæpè accidit nisi Postæ Præfectus, ejusq; ministri omnibus modis antevertant, & sollicitissimè videant, quem ad cursum publicum admittant, seu quis ædium Postis dicatarum limina frequentet. Prodi- 2
toribus enim omnibus hoc commune, ut hostium partes re, consilio, armis, commeatu, equis, epistolis vel literis, vel numeris, vel characteribus scriptis & quocunque possunt modo, clanculum, dum nemo suspicatur, juvent. Exemplis rem declarare su- 3
pervacaneum duco, cùm satis experta hoc sit criminis patria nostra Germania. Antiqui Germani, proditores & desertores suspendere ab arboribus solebant *ut C. Tacit. de morib. Germ. notat.* at nunc sanctio Imperatoris Caroli V. criminalis,

Zieritz. Stephan. Bullæus hic. Adam. Conzen. lib. 10. polit. 52.

jubet: Welcher mit boßhafftiger Verrätherey mißhandelt/sol der Gewonheit nach/durch Viertheilung zum Tod gestrafft werden. Wäre es aber ein Weibs-Bild / die sol man ertrăncken: und wo solche Verrätherey grossen Schaden und Aergernuß bringen möchte/ als die/ so ein Land / Statt / seinen eygenen

Herrn/ Bettgenossen oder nachgesipten Freund betreffe/ so mag die Straff durch Schleiffen oder mit Zangenreissen gemehret/und also zu tödtlicher Straff geführet werden. Es möcht auch die Verrätherey also gestalt seyn / man möchte einen solchen Mißthäter erstlich köpffen/und darnach viertheilen &c.

Latinè:

Qui proditionem commiserit, pro more in quatuor partes secator; sin mulier est, aqua submergitor. quòd si ea proditione damnum publicũ aut scandalosum nimis datum fuerit, ut si quis ditionem, urbem, Dominum suum, aut familiarem, aut consanguineum per eam violaverit, prædicta pœna, tractione, aut linguæ excisione augetor. pro circumstantiis etiam proditionis, fieri poterit, ut ejusmodi delinquens primùm capite plectatur, & mox in partes secetur.

4 Sed & exploratores qui secreta nostra hostibus nunciant, proditores sunt.

ut ait Arrius IC. l. omne delictum. 6. §. Exploratores ff. de re militar.

Horum pœnam ita sancitam legimus apud Paulum ICtm. Secretorum nostrorum renunciatores aut vivi exurantur, aut furca suspendantur *l. si quis aliquod 38. § transfugæ. ff. de pœn. cui Ulpianus calculum suum adjicit in l. aut damus. 8. §. hostes eod.* Capitis pœnam dixerunt Arrius *d. §. Exploratores.* & Martianus *in l. proditores. 7. eod. de re militar. adde Gregor. Tholos. Syntagm. univers. jur. lib. 35. c. 5. n. 8. & Werdenhagen. p. 160. a. qui hac de re plura.*

Enixissimè ergò Postæ Præfectus desudet, ut qui Postarum postes accedunt, aliud atque aliud, veluti

mor-

morbum, inevitabilem cursum, maximam festinationem Principis seria ac valde urgentia negotia &c. simulantes, bene internoscat. Eaque propter nec creditores nec proditores neque literas proditionis vehant cautè prospiciat.

arg. l. 1. ad l. Jul. Maj. l. 6. §. Exploratores. ff. de re milit. Tholos. Syntag. jur. l. 35. c. 5. n. 8.

THEOREMA XXVII.

SUMMARIA.

Emolumenta ex re cursoriâ quomodo justè percipienda.

CUmq; Postarum conservatio multæ impensæ sit, eò præfectus allaboret, ut omnium litteræ tantò citius ac fidelius expediantur. (*a*)

(*a*) Hic Postis Præfectorum rei familiaris utilitas & quo pacto in lauta & bene aucta parte ad elegantem Postę dispositionem & conservationem esse queant, agitur; optimum verò præ cæteris rei habendæ modum, qui nempe celeri fideliq; literarum transmissione & traditione fit, hoc epiphonemate indicasse, forsan non abs re erit: bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. *Ecclesiast. Cap. 13.*

THEO-

THEOREMA XXVIII.

SUMMARIA.

1. *Literas clausas clam aperire quale crimen.*
2. *Quæ ejus pœna.*
3. *Quomodo per ejusmodi aperturam crimen læsæ Majestatis committatur.*
4. *Suggillatio injusta Postarum ea de re.*
5. *Actus Iulii Cæsaris in perscribendis Epistolis.*
6. *Actus Lacedæmoniorum.*

LIteras ullas sibi concreditas aperire aut desigillare caveat.*(a)*

(a) Finis literas sigillantis est, ut eæ à nemine, nisi ad quem sunt exaratæ legantur. Has si Postæ
1 Præfectus fidei suæ concredi patiatur, quis est, qui ipsum concreditas impunè aperire vel sigillum signumvè infringere posse asserat? Notum est illud: alienas literas ne in guckas; at, hoc si non est licitum, quantò minus illud? Non nisi furtim seu clam ob malam conscientiam, talis apertio & signi corruptio fieri solet; quæ autem clam fiunt, fraudis aliquod habent argumentum. *l. fin. ff. de rit. nupt.*

Gravi pœnâ literas alienas aperientem plectendum censet Bartolus *in l. Titia col. 2. ff. ad munic.*
2 *Roman. cons. 365. in fin. Socin. cons. 122. nu. 40. lib. 2. & est Text. in c. cum olim. in fin. ubi Imola Abbas & Felin. de off. deleg.*

Et

Et affirmat Clarus *in §. falsum. n. 33. vers. aperiens ubi inquit: esse communem & idem ait Roman. d. cons. 36. 5. Quæritur primò. in fin. ubi quod in Clerico est pœna depositionis c. ad falsariorum. de crim. fals.* quòd aperieris literas alienas sigillatas, ut ostendat adversario pœnâ falsi; adderem ego stellionatos etiam, puniri debeat, quæ est deportationis & confiscationis bonorum. Si verò aperit ut ipse legat, non ut adversario ostendat, non incurrit pœnam falsi, sed pœna extraordinaria venit. *Roman. ibid. in fin. verb. si verò.* Si literæ intercipiantur, ut aperientes ineant consilium cum hostibus Principis, 3
tunc pœna est criminis læsæ majestatis: *idem ibid. in fin. verb. advertendum etiam.* amplia, ut quod dicitur de literis, procedat etiam in eo, qui intercepit & dissigillavit perlegitque acta causæ per aliquem judicem disposita: punitur enim arbitrio judicis: item, quia, si quid contra ea vult opponere, non auditur; item Acta qui non probabat, contra aperientiam probant; item, præsumitur quod malam foveat causam. *Cons. 346.* Et literas alienas aperiens mortaliter peccare dicitur, cum peccatum injustitiæ committat, quæ mortale peccatum est: nam jus alterius, scil. tam mittentis, quam ejus cui mittitur cum custodia, quæ illis convenit, tollit *Menoch. de arbitror. jud. l. 2. cent. 4. cas. 311.* Et jus gentium, quo Legati violari prohibentur, violat. *c. jus Gentium.*

Accedit, conducere ad utilitatem publicam, literarum sigilla esse inviolata, eo enim animo plerumque aperiuntur, ut aliquod detrimentum amico adferatur. *l. arg. c. cum minister. 23. q. 5.*

Imò

Imò, idem est, si damnum non sequatur, modo eo animo factum fuerit *arg. c. si quis aperuerit. c. si bos & c. si egressus. de injurijs quod probavit & Naverrius in c. si sacerdos n. 14. de pœnis dist. 6.*

4 Sciendum tamen quòd in similibus non minus leviter quam de solutione literarum diximus, Postarum Præfecti plerumque culpentur, & quæ de jure faciunt; ipsis sæpè injuriosè explicantur: non desunt exempla. Sciendum verò est, quod literæ Joh. von den Birgden/quas Gerhardus Fritzius Francofurti aperuerat, & de quibus decretum Electorale literæque Cæsareæ loquuntur, fuerint Reverendissimi Domini Abbatis Fuldensis; per errorem ejusdem Secretarij sic inscriptæ, ut G. F. eas aperiendi sat facultatis habuerit. Quomodo autem ad dictum Dn. Abbatem scripserit veritatemq; detexerit, ex ejusdem Reverendissimæ & Illustrissimæ Dominationis subsequentibus & ad præfatum G. F. Præfectum Postæ Francofurtensi, epistolis nec non, illustrissimæ Dominæ Comitis de Tassis, tanquam judicis ordinarij & competentis decreto palam fit:

Von Gottes Gnaden Johan Bernhard Abbt des Stiffts Fuld/R. Keyserin Ertz Cantzler/primas &c. Unsern gnädigen Gruß zuvor/Erbar lieber besonder: Wir haben ewer Entschuldigung Schreiben wegen unsern unlängst an Johan von den Birgden dirigirtē und von euch erbrochenen Schreibens wol empfangen und verlesen/darunter auch ermeltem von der Birgdē hinwiderumb dergestalt zugeschrieben/ daß er unserer gnädigen Zuversicht nach darbey acquiesciren wird/wie ihr dann euch hierunter ferner nit irren lassen/sondern wie bißhero/ also auch fürters/ unsere

euch

euch zukommende Schreiben jederzeit an gehörige Ort fleissig dirigiren wollet: seynd wir solches in Gnaden danckbarlich zu erkennen erbietig/und euch darmit ohne das wolgewogen. Datum in unserer Statt Fuld/den 1. Decembr. Anno 1628.

Latin:

Joh. Bernhardus D. G. Abbas Fuldensis, Augustæ ArchiCancellarius, Primas &c. salutem ac favorem nostrum. Honeste dilecte. Excusatorias tuas ratione literarum nostrarum nuper ad Johannem von den Birgden datarum, & à te reclusarum recepimus ac perlegimus, & mox ad dictũ von den Birgdẽ alias ejusmodi exaravimus, ut spes teneat eum conquietarum, sicuti & tu, nullatenus exinde in officio tuo turbandus, literas nostras imposterum diligenter ac debitè in loca destinata exhibere poteris: quod studium tuum gratiosè recognoscemus, qui cæteroquin omni favore tibi addicti sumus. Datæ in urbe nostrâ Fuldensi 1. Decembr. 1628.

It. Von Gottes Gnaden Johan Bernhard rc. unsern rc. hierbey thun wir euch ein an den Churf. Maintzischen Cantzlern/Herrn Niclas Gereon/der Rechten Doctorn zu gäntzlicher Hinleg- und Aufhebung/deren sich zwischẽ euch und von Johan der Birgden/wegẽ Ewers theils beschehene Eröffnung einer von uns an denselbẽ dirigirter Missiv/sich erhaltender Differentiẽ/ angesehẽ es durch einen unser Räthe verfaßtes Schreiben zu fertigen / welches ihr förderlich also dirigiren wollet/damit es gedachtẽ N. Gereon gewiß zu komen möge/nicht zweiflend/solches der Sachen ihre Erledi-

gung

gung dergestalt geben werde/daß ihr euch derentwegen verhoffentlich weiters nicht zu befahren haben werdet / sonsten aber wollet ihr die bißhero mit uns gepflogene Correspondentz fleissig continuiren &c. Datum in unserer Statt Fuld den 5. Decembris Anno 1628.

Latin:

Johan. Bernhard. D.G. &c. transmittimus literas ad D. Nicolaum Gereon I.U.D. & Cancellarium Moguntinum, quæ ad finalem compositionem litis inter te & Johan. von der Birgden ratione epistolæ ejusdem à nobis ad illum destinatæ ac à te reclusæ; quas ita tibi præcipuas habeto, ut dicto Nicol. Gereoni securè tradantur, uti nullatenus dubitamus, quin ex eo imposterum molestias tibi nullas facessat, cæteroquin solitam correspondentiam omni studio prosequere &c. Datæ Fuldæ &c.

Sequitur Decretum illustrissimæ Comitissæ de Taffis &c.

Was bey der hochwolgebornen Gräfin und Frawen/Frawen Alexandrinæ, weyland des auch hochwolgebornen Grafen und Herrn/Herrn Leonharden/ Grafen von Taffis, nachgelassener Wittib / als in Vormunds Namen dero jungen Herrschafft Johan von der Birgden/ Bürger in Franckfurt am Mayn unlängst/und benantlich in einem unterm Dato den 23. Tag Nov. im jüngsthin an Ihre Gn. abgegangenes Schreiben wider Gerhard Vrintzen ietzigen Postverwalter zu Franckfurt klagend vor- und angebracht/ solches haben Ihre Gn. erstgedachtem Vrintzen communiciret / und dabey neben seinen Bericht und

Ent-

Entschuldigung darauf förderlichen einzubringen/ ihme gnädig anbefohlen. Wann nun er Vrintz seine Entschuldigung hierauff alsobald und ohnverzüglichen eingebracht/und Ihre Gn. auß derselben und insonderheit auß denen derselbigen beygefügten Beylagen/ so viel befunden/daß Ih Fürstl. Gn. zu Fuld/ der darinnen vermelten Schreiben halber/ ihnen Vrintzen disculpirt, und mit ihme zu frieden zu seyn/ sich in Gnaden erklärt/ auch ohne das angeregtes Schreiben in der inscription also beschaffen/ daß die Verbrechung desselben ihme Vrintzen zu einem excess und Mißhandlung nit auffzumessen/als halten ihre Gn ihnen dißfalls auch vor entschuldiget und haben ihme bey also gestalten Dingē deßwegen mehr nicht anmuthen können; geben Brüssel/ den 3. Febr. Ann. 1629.

(L.S.)

Latin.

QUæ ad Ill.mam Dominam Alexandrinam Comit. de Tassis, Illustrissimi quondam Dn. Leonhardi Comitis de Tassis viduam ceu Tutricem filij sui impuberis Joh. von der Birgden/civis Francofurtanus nuper die 23. Nov. contra Gerhardum Vrintzen Præfectum rei cursoriæ Francofurtanæ conquerendo detulit, ea dicto Vrintzen communicata, ejusque exceptiones desuper ac protinus edendæ petitæ sunt. Quandoquidem verò illas sine mora exhibuit, & D.D. Comes exinde, ac præcipuè ex transmissis literis D. Principis Fuldensis edocta est, D. Principem, dictum Vrintzen extra omnem culpam habere, & insu-

insuper dictarum literarum inscriptio ea fuerit, quæ meritò reclusionem citra culpam aut delictum causare potuerit: ea de causa dicta Domina Comes eum omni culpa vacuum declarat, nec ullum inde negotium ei facessendum existimat. Datæ Bruxellis 3. Febr. Anno 1629.

(LS.)

5 Quoad reliqua, ob desigillationis metum veteres multa per Notas scripsere. 1. Sic structo literarum ordine ut nullum verbum effici posset, ita extant Julij Cæsaris ad Ciceronem & ad familiares domesticis de rebus Epistolæ, in quibus si qua occulta erant perferenda, per notas exhibuit, ut si quis investigare vellet & persequi, quartam elementorum literam, id est D pro A. & perinde reliquas commutet. *Sueton. de* C. *Iul. Cæs.* vel B. pro A. C. pro B. ac deinceps eadem ratione sequentes litteras: *Idem de augusto.* Pro X. autem duplex A. A. *de quo utroque videndus Dio Cassius.* Rem hanc A. Gellius (quem quidam Agellium nominant, sed ἐν τῷ κρίνειν *molestè seduli*) *proponit. lib,* 17. *cap.* 9. *Noct. Attic.* Libri sunt Epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium & Balbum Cornelium qui res ejus absentis curabant. In his epistolis, quibusdam in locis, inveniuntur cæteræ singulares sine coagmentis syllabarum, quas tu putes positas inconditè: nam verba ex his literis confici nulla possunt. Erat autem conventum inter eos, clandestinum de commutando situ litterarum; ut in scripto quidem alio alius locum & nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus

&po-

& potestas restitueretur; quænam verò pro quâ scriberetur, antè ijs, sicut dixi, complacebat, qui hanc scribendi latebrā parabant. Sanè rectè scribere viri docti, Scripta a. occultare & synthematico, imò suppositio charactere tegere, Viri prudentis argumentum est. Nam sæpè in manus alienas & hostium, literæ incidunt, quæ vi vel fraude intercipiuntur. Si tamen κρυπτογραφία, hoc est, clandestina literarum pictura notarum latebris & characterum personâ fient, tuta erit scriptio. De occulta literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum est probi Grammatici commentarius satis curiosè factus. Lacedæmonii vete- 6
res cum dissimulare atq; occultare litteras publicè ad Imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant: Duo erant surculi tezetes, oblonguli, pari crassamento ejusdemque longitudinis, derasi atque ornati consimiliter. Unus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi Magistratus cum jure atq; cum signo habebant. Quando usus venerat litterarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longū autem, quantum rei satis erat, complicabant, volumine rotundo atque simplici, ita ut oræ adjunctæ undiq; & cohærentes lori, quod plicabatur, coirent. Litteras deinde in eo loco per transversas junctarum oras versibus â summo ad imum proficiscentibus inscribebant: id lorum litteris ita perscriptis revolutum ex surculo, Imperatori, commenti illius conscio, mittebant. Resolutio autem lori, litteras truncas atque

mutilas reddebat, membraq; earũ & apices in partes diversissimas spargebat. Propterea, si id lorum in manus hostiũ inciderat, nihil quicquam conjectari ex eo quibant. Sed ubi ille, ad quẽ erat missũ, receperat, surculo compari quẽ habebat, capto ad finẽ, perinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat, atq, ita literæ per ambitũ eundẽ surculi coalescentes, rursũ coibant, integramq; & incorruptã epistolã & facilẽ legi præstabant. Hoc epistolæ genus Lacedæmonũ σκυτάλην appellabant. Legitur in vetere rerũ Punicarũ Historia, Vir illustris (sive Hasdrubal sive quis alius) epistolã super rebus arcanis scriptã hocce modo abscondisse: pugillaria nova, nondũ etiã cerã illita accepisse, litteras in lignũ incidisse, postea tabulas (uti solitum est) cerã collevisse, easq; tabulas tanquã nõ scriptas, cui futurũ id prædixerat, misisse. Eum deinde cerã derasisse, literasq; incolumes ligno incisas legisse. De hac & alia profunda quadã & inopinabili latebra, barbarico astu excogitata, à quodã, cui nomẽ Histrius, tempore Regis Darii, narrat Gellius d. libro.

Hodie alij alijs utuntur characteribus, signis, numeris, simulacris, larvis, quorum clavẽ (ut vocant) qui non habet, incassum lecturam urget.

THEOREMA. XXIX.

SUMMARIA.

1. *Belli duces quando literas aperire possunt.*
2. *Quæ præsumptiones requirantur.*
3. *Cautela Ducum Belli, in literis aliorũ perlegendis.*

BElli tamen Ducibus seu Generalibus hoc quandoque licet. (*a*)

(*a*) Si

(a) Si nempe non vanus aut ex omnibus rumorum & concionum ventis collectus rumor fallat; in quo enim milites, Consul ac Imperator vulgi rumoribus circumaguntur, ibi nihil salutare est. Liv. 44. *Hist. c* 34. Sicq; adsit præsumptio seu suspicio non levis, neq; temeraria, utpote quæ nullam pro præsumente facit probationem; *lib* 3. §. *si quis ff. de minor.* 25. *annor. & ibi gl. in verb. plenior*, & ex qua nemo damnum sentire debet: *l. absentem. ff. probat*, sed probabilis quæ cum alia semiplena probatione juncta probat, *ut in l. fin. ff. quod metus caus.* 1

Et per quam vel judices suspecti rejiciuntur, *l. apertissimi C. de judic.* Cum idem sit, facere suspectum judicem, ac lupum custodem, *c. fin 4. q. 4.* Contra cujus judicis venenum theriaca valet Appellatio. Cæsar Contardus. *in Comm. ad l unic.* (*si de momentan. possess. fuerit appell. in ration. dubit. n.* 5. *Ex Baldo hic in fin.* 2

Inprimis autem sit præsumptio ac suspicio aperta & violenta, quæ causas necessarias præcedentes habere videtur. Quemadmodum verò aliquando & præsumptio & judicis sententia, extra juris præscripta procedit, secundum ea, quæ ei proponuntur,

l. in rebus. & ibi gl. singularis C. *de R. C ferrum de terra.* 50 *dist. c. fraternitatis.* X. *de frig. & malefic. ciat. c. cum dilecta. de rescript. c. cum* Bertoldus, *de re Jud.*

& sic ex diversis animi moribus judicat:

l. de minore. §. *tormenta. de quæst.* [illegible] *l.* 3. §. 1. *vers. tu magis ff. d. Testam.*

3 ita & Generalis belli præfectus; ubi tamen cautio attendenda, ut ipse solus tales litteras legat, quò, si falsò ac tumultuosiùs suspicione sint aspersæ, eas suo sigillo muniat, & ut ad debitum rectumq; locum perferantur, enixè curet.

THEOREMA XXX.

SUMMARIA.

1. *Literas ad hostes mittere proditionis & læsæ Majestatis crimen est.*
2. *Nuncij tales literas perferentes quomodo tractandi.*

MAximè autem quæ à nuncijs seu tabellarijs portantur litteræ suspectæ, intercipere possunt. (*a*)

1 (a) Litteras misisse hostib. & ita signum dedisse, proditionis & læsæ majestatis crimen arguit Ulpianus *l. 1. ad L. Jul. Maj.* ita Arvandus præfecturâ primâ donatus à Galliæ Provinciæ Legatis accusatus, propter litteras ab eo scriptas, ac interceptas, quæ ad Gotthorum videbantur emitti regem, pacem cum Græco dissuadentes Imperatore, Britannosq, super Ligerim sitos impugnari debere, demonstrantes cum Burgundionibus jure Gentium Gallias dividi oportere. Hanc epistolam ICti. de Majestatis crimine ardenter,

ut

ut scribit Sidonius Apollinaris, *lib. 1. epist. c. 7.* interpretantur. Communissimum hoc est belli tempore, at ut plurimùm cum nunciorum vitæ discrimine & jactura: è quibus, si tanquam Crucis candidati convincantur, uvæ fiunt & literæ longæ. Probè autem priùs & visitandi (nam miris & sæpè ridiculis modis literas occultant) & examinandi sunt: Nec summario & præcipiti judicio adimẽda ijs excusatio, aut defensio, quæ est juris naturalis; nec inauditos morte condemnari licet, *d. 1. ad L. Corn. de Sicar. l. 3 ff. de re milit.* satius enim est nocentem absolvi, quàm innocentem damnari. *d l. absentem ff. de pœn.* 2

THEOREMA XXXI.

SUMMARIA.

1. *Circumspectio in mutandis stativis Postarum habenda.*
2. *Bellum & Pestis causæ sufficientes sunt.*
3. *An civitas Imperij, in quam Camera imperialis transfertur eam suscipere teneatur.*

Quod si ordinaria stativa (*a*) mutanda vel nova introducenda, (*b*) satis priùs secum in animo volutet.

(a) Poststellen.

(b) Ne sterilem fundum colat, laboremq; ferat, sed cogitet absq; perturbatione nullam fieri 1

mutationem, hancq; omnem esse periculosam. Plut. *in Num.* nisi in malis Plat. Volat. *lib.* 29. & difficile esse affecta & trita reformare *teste* Ulpiano. *in l. præcipiunt.* 37 *ff. de ædilit. Edict.* inq; rebus novis constituendis evidentem esse utilitatem debere *l. 2. ff. de Const. Princ.* cùm novitates discordias pariant & exosæ sint. *Consil. Argentoratens.* 2. *n.* 190. optimè ergò priùs secum deliberet, num necessitas, (quæ omnis generis inventionum ingeniosissima mater est) *ut inquit* Dn. G. L. Lindenspühr/ *de arcan. Imper. Monarchic. c.* 5. mutationem poscat, nam si animi variatio causa sit, odiosa res est.

l. nemo potest. ff. de R. Jur. Peter Heigius *part.* 2. *quæst.* 4. *n.* 1. *& seq.* Matth. Berlich. *part.* 1. *concl.* 32. *n.* 8.

Cæterum, deliberatio omnis, in utilitatis rationem cadit, Cicer. 1. *offic.* & nova res capit novum Consilium.

Pet. de Anch. consl. 204.

Præterea, mutatio & translatio Postarum diversis ex causis fit, inprimis si princeps aulam suam aliorsum transferat ut Wiennâ Pragam. &c. vel ubi nova interveniunt & accedunt stativa seu officia Cursoria, quale fuit illud de Waldmünchen/ & alia multa: vel quando bellum pestisve ingruunt, tunc enim non solùm Postas sed totas etiam Academias esse translatas palam est. *Quæst.* 213. *Tract. mei de Peste & morb. contag. dict.* Würg-Engel.

imò ipsa Camera Imperialis quæ hoc tempore Spiræ adoratur, idq; jure. *Recess. Imper. de anno* 1555. §. Nach dem auch.

Incidit hic quæstio, *Utrum tali necessitatis tempore*

pore illa civitas quæ ad recipiendam Cameram tanquam commodior eligitur, eam recipere teneatur? 3

Quoniam obediendum superiori & privata publicis posthabenda, ideò affirmativa facilè poterit defendi:

Confer quæstionem. Poteſtne alicui, locandi ædes &c: Radij. 2. ſtellæ meæ Notariorum novæ 7. radijs coruscantis.

nec obstat propterea futurus commerciorum languor aut nundinarum tabes; quid enim, si ille, cujus has fuit concedere, eas ex causa legitima adimeret? adde quòd illius aut languoris aut tabis non Cameræ erit causa, sed temporis injuria universalis: sunt, qui commercia fortunæ objiciunt, tanquam Achyllæum argumentum; at nosi tam languida Fortunæ commercia intelligere quàm animi.

THEOREMA XXXII.

SUMMARIA.

Nova hinc inde accidentia, quomodo & cur præfectis Postarum discenda.

STudio sibi habeat eximio, ut, quæ tam in dissitis quàm vicinis nova accidunt locis, in experiundo sit; quo in omni necessitatis eventu usu venire queant. (*a*)

(a) Solent Postæ præfectura & perscrutatio seu aucupium rerum novarum ut plurimum conjungi,

jungi,idq; propter majorem,quæ postarum Magistris accidit,occasionem, nova vel è dissitis etjam locis captandi. Nec hoc tàm ut privatorum expleantur animi, quàm ne Princeps summus & ij quorum ad rempublicam augendam vel saltem conservandam interest,ignorent, quod ubiq; locorum agatur, & quid exinde res nata urgeat, multa enim literis haut tuto committuntur, quæ per veredarios innotescunt. Schild. *in Sueton in in vit. Aug. cap 46.*

hoc secundum ea, quæ olim à superiore postarum Magistro,inferioribus injungebatur nempe: Von aller Orths/unserm Ampt nutzliche Correspondentz ahn sich ziehen/und erhalten / solches alles zu dienst höchstgedachter Kays. May. aller Chur- und Fürsten / Statt / Stand in H. Röm: Reich / auch sonst jedermänniglich thun soll und nicht unterlassen.

THEOREMA XXXIII.

SUMMARIA.

1. *Correspondentia cum hoste utilitas.*
2. *Præfectorum Postæ in ea re cautio.*
3. *Nunciorum nova nunciantium cautela.*

IMò,in Imperij, Regni vel Reip. emolumentum, etiam cum hostibus & inimicis ei correspondere licet.

1 (a) Hac in re quemadmodum Postæ præfectis magnâ cautelâ opus & prudentiâ;ita Princeps nullis

nullis parcere debet sumptibus, ut hoc ab ijs dextrè fiat: nulla siquidem, Ferdinando Davalo Piscario teste, pecunia utilius erogatur, quam in eos qui conditionem hostis quoquo modo eruspantur; De Cæsare Germanico Tacitus 2. annal. inquit: nihil ex ijs Cæsari incognitum, consilia, locos, prompta, occulta noverat, astusq; hostium in Principem vertebat. De Cæsare Emanuele Comneno legimus vix ullum pagum fuisse, in quo non quendam ὠτακουστὴν habuerit, quo fretus intellexerit, quid rerum ibi ageretur: & hoc pacto vel in intima Romanorum irrepsit consilia, lib. 7. cessat igitur hic loci, vel saltem exceptionem patitur regula illa Horatiana,

Arcanum neq; tu scrutaberis ullius unquam. l. 1. epist.

Nunquam tamen patiatur se deduci eô, ut de Principis sui rebus aut de conditione sanctiori aliquid hiscat, sed tanquam Hephæstion, cujus ori Alexander M. annulum signatorium è digito detractum appressit, hoc gestu admonens, ut arcana contineret. Erasm. 4. *apophth.* ubi tacito opus sit, prudenter perpendat ac ruminet, ne in eadem cum Thallo naviget navi, qui Cæs. Augusto à manu fuit & cum se reprimere non posset, ne arcana propalaret, crura effringenda dare fuit coactus. Sueton. *in Cæsarib.* 2

In hostis sui consilia irrependi insignis fuit artifex Ludovicus XI. Galliæ Rex, qui cum maximè metueret Burgundiæ Ducem Carolum, statum hujus per exploratores ubiq; expiscabatur, quandoq; utramq; partem in bello pecuniâ aut milite adiu-

adjuvabat, & in omnibus penè principum aulis ex intimis habebat Consiliarijs, quibus annuum salarium clanculum dabat, ut causæ suæ faverent, veluti in Anglia & alibi Dn. G.L. Lindenspihr *de arc.imp.monarch.* incrementi, felicitatisq; Hispanorum, haut imam putat causam esse exploratorum frequentiam, Besoldus de *Arcan.rerump.c.* 1. *n.*9. sed nec sibi ipsi cursor sive ordinarius sive extraordinarius (quem ut plurimum *Corriere*, vocant) impedimento sit, quo minus sperato munere & præmio potiatur; quemadmodum ille de quo Cominæus d. lib.

3 ita: Judæus qui foris cubabat extra Plessium Castellum, de Cursoris adventu primus cognovit, & quod honesto loco erat apud Regem, obtinuit à cursore literas quibus de prælio Nanceno significabatur; primâ statim luce Regi dat eas literas, &c. O hunc stolidum Cursorem sibi prævaricari passum! qui vel maximo suo commodo Regi ex eo nuncio sic exhilarato, ut nihil supra, ipse potuisset literas tradere. Longè prudentior fuit perillustris Baro Dn. G. à Q qui cum à Divo Cæsare Ferdinando II. ad Militiæ Cæsareæ Generalem de Wallenstein ardui negotij causa, anno salutifero 1627. (si rectè memini) mitteretur, atque in oppidum N. reversus à C. de D. non solum ad prandium invitaretur, sed & indè interrogaretur, quæ nam effecisset? Q. quod ille priusquam ipse Cæsar rei gestæ gnarus esset, anhelaret, dedignato prandio subitò discessit, iterq; , ad aulam Cæsaream festinavit.

THEORE-

Theorema. XXXIV.

SUMMARIA.

1. *Cur Civis Imperij Præfecturam Postæ ab externis suscipere nequeat.*
2. *Rebellione contra Principes gliscente, quid agere oporteat fidelem civem.*
3. *Fidei neglectæ turpitudo.*
4. *Germanorum fidelitas.*
5. *Perfidiæ mala.*

IMperii tamen civis Præfecturam ab extraneo Principe Imperium infestante petere, aut oblatam exercere non debet. (*a*)

(*a*) Exercuit sanè Postæ Præfectus Francof. 1 eò inclinans fidem quo fortuna illius temporis re dedit: Hoste enim summi nostri Principis in Imperium irruente, & beneficiorum & immunitatũ à S. Cæs Majestate ei collatarum, simul ac juramenti præstiti visus oblivisci, ab illo rei cursoriæ directorium statim impetravit, idque exercuit ita, ut sibi de facto hostibus adjumento, haut parum gratularetur; quod, an ab infidelitatis & perjurij labe queat vindicari, dubito. Quomodo enim Romanorum Imperatori aut summi principis Regale ac Reservatum ab ejus hoste (extraneo præprimis) petat? ab hoste, inquam, qui id in Imperio nunquam habuit, nec illo jure, nisi Principis concessu habere potuit? Et si nemo plus juris

ris in alium transferre potest, quam ipse habet: *Nemo* 54. *ff. de R. I.* Nec dare quod non habet, *l.* 2. *C. de hared.* certè si petat, eique operam suam venditet, aut consensu Principis id fiat necesse est, aut infidelis erga eundem animi indicium prodit.

2 Huc referri possunt, quæ Greg. Tholosanus habet, si factio, inquiens, vel rebellio adversus Principem legitimum insurgat, tunc quidem solitarium esse, improbo & non tueri partes principis, & proditionem dico, non sectari vel ope vel consilio vel auxilio: non enim licet in regno Principis cujusque in quo quis erit, se subditum diffiteri, vel connivere vel dissimulare (den Käyser zwar im Mund/aber nicht im Hertzen haben) eo modo quo Atheniensium Philosophos virtutem in ore, non in opere posse ostendere, respondit Panthoides. Alioqui non consentienti cum Principe, ab ejus ditione abeundum erit, & sua, id est, regnum & propria illi relinquenda, Principis enim sunt.

l. bene à Zenone 3. *C. de quadr. præscr. adde R. I. de anno* 1542. § damit nun solchem künfftiglich *de anno* 1555. §. Wiewol auch in der *Executions* Ordnung.

Qui non expresse favet Principi suo, rebellis, proditorque manifestus est. *Greg. Tholosan. synt. jur. lib.* 35. *c.* 6 *n.* 25. qui non est mecum contra me est, ait Mundi Salvator. *Matth.* 12. Omnium autem, maximè fidei, curam gerere debent, qui eam Principi suo juraverunt & per eum beneficiis sunt macti vel ad altiora, sive honores tantum, sive opes etiam pervenire. Nil magis enim *ait F. Zypaus lib.* 3. *de l. & S.* eorum lumen obscurat dignitatemque

tatémque imminuit, quos Deus altius evexit, quàm Fidei neglectus; adeoque ejus observanté 3
quemq; eo magis esse convenit, quo sublimius est collocatus. Vinculum enim est humanæ societatis, cui servandæ potestates omnes sunt institutæ. Quare *Carolus V.* cum Franciscum I. in Regno & potestate teneret, à quibusdã feminis Machiavelliei machionatoribus & consiliarijs monitus, ut occasione & foro uteretur, respondisse fertur: Si fides toto terrarum orbe exularet, eam tamen Regibus servandam esse, eò quod eâ solâ, nulla verò re alia constringi possint.

Hanc tamen Caroli V. responsionem Eccio pro Luthero datam esse ferunt. Bodin. lib. 5. c. 6. de Rep. & Joh. Norderman. de jur. Principat. concl. 77.

Sanctè, si tamen verè, nam discrepant, aliorum temporum actiones & monitum illustris fœminæ ab adamante elicitum, ac veredaria Caroli fuga. Wladislaus sanè Pannoniæ Rex piæ causæ & Christianismi prætextu, fidem per Christum Turcæ juratam fregisse dicitur, & Turcam ante conflictũ tabulas jussisse recitari, quibus hunc ipse epilogum, coram exercitu addiderit: Hæc sunt Jesu Christe, fœdera quæ Christiani tui mecum percusêre, per nomen tuum sanctè jurarunt, datamque sub nomine tuo fidem violarunt, perfide Deum suum abnegârunt: nunc Christe! si Deus es, ut ajunt, & nos hallucinamur, tuas measque injurias, te quæso ulciscere; his qui nomen tuum sanctum nondum agnovére, violatæ fidei pœnas ostende. Censuerunt viri Docti & pii non aliter quàm ipsi barbari, etiam illis datam fidem servan-

dam

dam fuisse, & ob violationem Wladislaum exercitu, regno, vitâ à Christo mulctatum. E contra-
4 rio animadversum, Germanos fidei tenacissimos tot seculis Imperium servasse, Germaniæ Regem nullum inter multa & gravissima bella à suis desertum, in acie cæsum, aut ab exteris in captivitatem ductum. Non eadem fides Orientalibus stetit, sed octuaginta sex Imperatorum fusus sanguis & alibi nec Reges populo, nec populus Regibus eandem fidem præstiterunt; periere plures non siccâ morte. Prisci Romani tum externis tum invicem datæ fidei observantissimi fuere ut & Vitellius Fabio Sabino quærenti, quòd pacta turbarentur corruptis licèt temporibus, non aliud ausus fuerit respondere quàm nimio militis ardori modestiam suam esse imparem. *Tacit. lib. 19.* sane Hanno Carthaginensis, cum fiducia fidei Romanæ ad colloquium venisset & tribunus forte militum ei dixisset, posse meritò ei evenire, quod à Carthaginensibus Cornelio accidisset, uterque consul, tribuno tacere jusso, isto Te, inquit, metu, Hanno, fides civitatis nostræ liberat. *Valer. l. 9. c. 6.* Acceperat ea civitas ab incunabulis suis à Numa Pompilio eum morem, ut fides & juramentum, propulso Legum ac pœnarum metu, civitatem regerent. *Liv. lib. 1. ff. de pact* neque alioquin Claudius in deditione Mithridatis dubitasset accipere captivum pacto salutis, an repetere armis certius foret, nisi observanda pacta putavisset. Quid enim inquit, ICtus,

5 tam congruum humanæ fidei, quàm pacta servare? & certè, ubi rem intento animo penitus intuemur,

tuemur, duo maximi momenti, fidem datam non servanti, obveniunt, primum ut ipsi postea nequaquá credatur, secundũ, ut, ubi vel irctoria vel alia intercidat occasio, & illi ipsi fides non servetur à parte adversa, sive Ethnica sive Christianâ, sive Catholica, sive acatholica, unde malorum plaustra Principi ad non servandam fidem à malis consiliarijs persuaso invehi & ingens bonis procella patriæ turbo, pacisque tempestas excitari, inque nervum res ejus tota erumpere potest.

THEOREMA. XXXV.

SUMMARIUM.

Coactio peccantem non excusat.

NEc talis ab extraneo Principe cogi potest, ut rei cursoriæ curam suscipiat. (*a*)

(*a*) Sunt qui à malevolo ergà Principem suum animo (quem tamen artificiosè dissimulare didicerunt) Postarum curam suscipiunt; sunt qui coactum quendam expectant: sunt denique qui hunc ipsum rectè procurant, quò habeant, unde postmodum, si res bellica non ex voto suo cadat, domino se expurgent, de quibus Euclio apud Plautum.

Non mihi homines placent, qui quando malè fecerunt purgitant.
in aulul. act. 3. scen. penult.

Verùm omnia meritò frustrà. Si namque Principi tuo ut civis vel ut subditus persanctè dejerâsti necdum juramento solutus, quâ fronte hosti ejus inservire poteris? si posta regale est, quâ conscientia quove jure tute ab extraneo illius suscipis curam, ne dicam pecuniam proditoriam? Te coactum ais? ridendus es! eccùr enim pedem loco non movisti? tibine vastus terrarum orbis tam angustus? sed pone, emigrandi beneficium te defecisse &, Principem extraneum singulari tuo fretum servitio vim ac potentiam suam in te ostendere voluisse, ac si te affatim fuisset confecturus; antè hinc ad plures, morte suâ omni coactui illudentes, te penetrare ac in communem abire locum, quàm primam sacramenti, quod apud legitimum Magistratum tuum dixisti, memoriam tàm turpiter deponere, eligere debuisses. Timendo enim mortem carnis tuæ, das mortem animæ tuæ. *c. non solum qu.* 3. valeat igitur vulgare istud: gezwungen Eyd ist Gott leyd: siquidem omnis qui contra conscientiam aut bonos mores jurat, aut prius juramentum jure præstitum transgreditur & contemnit, Deo exosus est, *Levit.* 19.

Proinde, quisquis es, Pythagorici illius recordare: σέβου ὅρκον.

THEOREMA XXXVI.

SUMMARIA.

1. *Mala quænam dissimulanda.*
2. *Civitatum quarundam lex, de novis periculosis vulgo non indicandis.*
3. *Præfecto Postæ in novis edendis, quæ cautio servanda.*

Postæ

POstæ Præfectus, cujus officio novarum rerum impressio adhæret, Principis sui commodi gratiâ quasdam planè adversas & relatu pernitiosas in novellis suis aliquando subticere seu abstrudere potest, atque omittere. (*a*)

(*a*) Quippe nemo tenetur omne edicere, quod scit, nisi tacere vel sibi, vel patriæ vel superioribus detrimentosum sit. Hinc ut bellorum duces in rebus anxijs spem vultu simulare, dissimulare metum ac nuncia oportet, *Zypæ.l.3.c.17. n.6.de jud.* ita & satagere, ne rumoribus populus milesvè terreatur. Alexander magnus sanxit ne adversam cladem quis ex ea superstes militi denunciaret. *Curt.lib.7.* Cumenes ultrò ipse judicavit, ne famâ aut rem in majus extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret. *apud Justin.lib.14.*

Vercingetorix amisso Avarico, tantum incommodum verbis & vultu minuit, neque in occultum se abdidit, aut multitudinis conspectum fugit, plus animo providere & præsentire existimans, quod re integrâ primò incendendum Avaricum post deserendum censuerat. In contrarium Terentius Varro Consul, apud Legatos Capuanos auxit rerum suarum suique contemptum nimis

mis detegendo nudandoque cladem ab Hannibale acceptam, Liv.*lib.*23.

2 Et Furius Philus apud Romanos ferè furiosi instar differebat, ne quidquam eos consultare, perditam spem fovere, desperatã comploratamque esse Rempub. *idem lib.* 22. Proinde quæ civitates, inquit Cæsar, *lib.*6. commodius Rempublicam administrare existimantur, habent legibus sancitum, si quis, quid de Rep. à finitimis rumore aut famâ acceperit, ut ad Magistratum deferat, néve cum aliquo communicet, quod sæpè homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri, & ad facinus impelli & de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus quæ visa sunt occultat, quæque ex usu judicaverit, multitudini prodit. Attamen hæc agere oportet dissimulato magis quàm spreto periculo, *Curt. lib.*4. non, ut Vitellius, fractis apud Cremonem rebus nuncios cladis occultantem stultâ dissimulatione remedia potiùs malorum, quàm malè differens. *Tacit. hist. lib.* 3.

3 Si quæ igitur in Germania, vel Italia vel Gallia vel alibi Postæ Præfectus nova accepit, quæ exercitum Principis sui reddere possunt vel immorigeratum, vel nimis securum ociosum ac oscitantem, vel etiam ἄνανδρον seu pusillanimum &c. eorum quidem Principem privatim facere certiorem potest, ast à divulgatione abstinere consultius ducat, ne Taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum, *Val. Max. lib.* 2. *c.* 1. labefactet; sed Isocratici illius

ad

ad Dæmonicum memor exiſtat: δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν &c. h. e. duo fac dicendi tempora, vel de quibus ſcis manifeſtè, vel de quibus neceſſe eſt dicere, in his enim ſolis ſermo ſilentio melior; id aliis verò præſtantius tacere, quam eloqui.

THEOREMA. XXXVII.

SUMMARIUM.

In equis diſpenſandis quid Præfecto Poſtæ cavendum.

IN Poſtas non ordinarias & clandeſtinas quæ ſub alieno prætextu ad ſtativa ſe conferunt, & hunc in finem equos conductitios quærunt, donec occaſione quæſitâ potiantur, inquirat, & ne proditioni locus relinquatur, eas pro virili ciſpellat. (a)

(a) *Nemo poteſt cunctis aptus ſatis artibus eſſe, L. V. H.* Practica enim eſt multiplex; nec technæ atque artes numerabiles, quibus Poſtarum cura-

toribus vel cultoribus imponi potest, quæ causa omnes earũ Magistros aut quib9 administratio est, meritò etiamnum movet, ut non solùm, quibus equi dentur probè videant; sed & quomodo ijs sint usuri, an privatim sibi, an verò tanquam cursores extraordinarij (ut vocant) & clandestini, qui nempe nullo jure sunt admissi, nec veram, sibi malè conscij, sui cursus significare audent causam. De proditione ex Postarum abusu vide supra Theorema 26.

THEOREMA. XXXVIII.

SUMMARIA.

1. *Medici non omnibus semper ægrotis tenentur adesse.*
2. *Nec Præfectus Postæ omnibus equos suppeditare.*

CUilibet publico cursu usuro de equo cursorio prospicere minimè tenetur. (a)

1 (a) Quemadmodum haut pauci reperiuntur sibi persuasum habentes, Medicum, quando & quotiescunq; ipsis volupe est, aut in mentem venit, teneri se sistere manumq; adhibere medicam sicque vel inferiori, quàm fullones & sutores esse conditione, sive ægri sint grati sive ingrati, sive contagioso sive nõ contagioso decumbant morbo

bo, sive morigerati sint, sive medicamenta horumque creatorem contemnant &c. ita sunt qui Postis Præfectos maximè ad hoc conductos vanè opinantur, ut, cuicunq; cursu publico uti lubitũ est, equum cursorium procurent. Verùm fallunt & falluntur tale quid sibi imaginantes, considerandum enim Præfectis, primùm, ante omnes, Principis Ministris, Legatis &c. si qui forsan in viâ, esse prospiciendum: deinde nunquam omnes equos domo simul abesse debere, ne necessitate aulicâ festinationem urgente, cursores tardentur atque demandata expeditionis & Legationis provinciâ, periculosis difficultatibus obstruatur & implicetur: deniq́ue non ignotis, sed optimè cognitis tantum cursu publico esse gratificandum idque per omnia sic ut officij authoritas illibata maneat, Magistratus executione meritò sublevanda: reliquum, quibus olim licitum fuerit Postis uti, in cap. 9. dictum est.

Theorema. XXXIX.

SUMMARIA.

1. *Taxis aequalis servanda.*
2. *Articuli juramenti à Praefectis postarum praestandi.*

Litterarum taxin ultra & æquitatis & equitatus cancellos nec ipse extendat, neq; ut, qui ei sub-

ſunt, hoc attentent, toleret, ſed undique æquum precium æquamque obſervet lancem. (a)

1 (a) Secundùm Juramenti Superioribus olim (non hodie amplius) præſtiti tenorem, quod bonam partem videre eſt; è commemorata copia Beſtallungs-Brieffs à Generali Poſtarum Magiſtro Domino Leonardo de Taxis, dati, ubi ita legitur: den gebührenden Fleiß und Trew erweiſe/ den billichen porto darvon einziehe / gut Regiſter halte/und von 3. zu 3. Monaten uns der Einnahm und Außgab accordirter Maſſen die Rechnung und Verantwortung darüber ohnfehlbar leiſte / niemand beſchwere / gleiches Gewicht halte / und alſo alles und allezeit das jenige thue / wie Recht und Billichkeit vorſchreibet / und wir wollen daß es geſchehe.

Latine.

OMne ſtudium omnemque fidem præſtet, juſtamque mercedem recipiat, adverſaria exactè componat, quovis trimeſtri acceptorum & expenſorum juxta rata pacta, rationem reddat, neminem gravet, pondere æquali utatur, ac denique talem ſemper ſe exhibeat, qualem jus & æquitas, ac voluntas noſtra expoſcit.

CAPUT

CAPUT XVI.

DE

Subjectis occupantibus.

THEOREMA. I.

SUMMAR.

Cursorum promptitudo qua habenda.

CVrsorum negocia sivei mposita, sive imponenda, ea sunt, ut, statuto cursus tempore, Postæ Præfecto ad manus sint. (*a*)

(*a*) Ordine nunc Cursorum negocia recensenda sumo, quorum primum, ut Domino suo dicto ac opportuno tempore præstò sint, id quod maximè necessarium, ne cursu publico sive ordinario, sive extraordinario iturus impediatur & cùm sæpè periculum in mora sit, inanes sumptus cum exosis difficultatibus plurimis, ipsis cursoribus resarciendis. 1

THEOREMA II.

SUMMAR.

1. *Objectum seu subjectum Cursorum.*
2. *Differentia inter sarcinam fascem & onus.*

LItterarum sarcinam equo superpositã benè custodiant. (a)

1 (a) Ad objectum Cursorum seu subjectum circa quod occupati sunt Cursores non solum sunt viæ quas percurrunt, sed & litteræ & literarum sarcinæ atq; homines quos vehunt, pertinent, Cæterùm, instante cursûs horâ, quæ meritò observanda, literæ colligatæq; sarcinæ diligenter includuntur, quem cursor publicus postmodum è manu Postis Præfecti vel ministrorum ejus sumptum, suo pòst imponit equo. Discrimen inter sarcinam, fascem & onus, Grammaticis & Criticis relinquimus cum dicere sarcinam illorum quæ ad cultum, fascem vel etiam bulgam, Græcè Hippoperam, Italicè Valigia seu Valisa, unde sine dubio Germanicum Fallißen/seu Corruptiùs Felleysen / quam quis in itinere adornando conficiendoq; comportare possit, onus vehiculorum esse, parvi momenti sit & quod hîc de equite fertur, facili negocio ad peditem referri queat. Quisquis igitur es cursor publice, officij causâ causam tuam meditator, atque

Omnia

Omnia si perdas, bulgam servare memento,
Quâ semel amissâ certa pericla subis.

Namq; non tantum Tu ex locato, sed Postis Præfectus ex recepto tenebimini. *arg. l. 1. ff. naut. Caup. stab.*

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Tria Cursorum signa.*
2. *Cornicula qualis esse soleat.*
3. *Armilla nunciorum, Budæo quid sit.*

TOgâ cursoriâ, quæ corniculam insutam habet, aliqui induti sunt, inq; tempore ubi ad oppidum, quo migrandum, veniunt, corniculam suam cursoriam inflant, ut portis apertis liber detur transitus. *(a)*

(a) Tria præ reliquis cursorum publicorum signa esse apud multa officia hactenus consueverunt (quæ ex disputatione mea juridica inaugurali peculiariter notare dignatus est Dn. D. Theodorus Höpping p. m. *in insigni de insignibus tractatu suo c. 6. part. 10. §. 1. n. 1485.*) 1

Primum

Primum est toga seu tunica, cui corniculæ cursoriæ figura lutei vel alius coloris à pectore & tergo est insuta. Secundum ipsa corniculæ inflatio. Tertium schedula cursoria (Post-Zettul.) Toga ad literarum fascem seu bulgam à nive, pluviâ, pulvere &c. tutandum datur; Cornicula, ut emisso sonitu se Cursores adesse probent & festinationem denotent. quo, si nox sit, portæ ipsis aperiantur de quibus c. 18. theor. 7. paulo plura.

haut tamen hæc argentea esse solet, veluti olim militibus in strenuitatis signum (unde & corniculati vocabantur) donabatur. Greg. Tholos. *Syntagm. juris lib.* 19. *c.* 3. *n.* 17.

sed orichalco ut plurimum vel cupro elaborata, ut proinde tribus hisce signis seu insignibus advolat nuncius, Posta adesse præsumitur, non aliter ac insignia alia, veluti signa & literæ hieroglyphicæ aliud quod non videtur ad memoriam eorum qui aliquid demonstrandi signo proportionatum gesserunt, significant.

facit, *Text. in l. lex quæ tutores.* §. *nec verò.* C. *de administr. tut. Gration. l.* 2. *discept.* Forens. *c.* 319 *n.* 26. *& seq.* Pet. Frider. *de Nobilitate inter* Arum. *discurs. Academ.* 16. §. 29. Gr. Tholos. *lib.* 6. *de Rep. c.* 16. *Mart. Mager. de advocat. armat. c.* 18. *n.* 105.

3 Scribit Budæus gessisse quoddam insigne, quod ipse armillam nominat, de quo supra. c. 6. theor. 1. quid autē ibi velit Budæus dubitatur, nisi

scutulum

ſcutulum dicat æneum aut argenteum, cui gerunt inſculptum urbis è qua veniunt inſigne, quod juxta ſiniſtrum humerum in pectore ſuſpendant. Urbis inquam non quaſi urbis Magiſtratus pro ſuo arbitrio poſtas inſtituere potuerit & hoc habitu ſuos curſores notare, ſed quod ipſius Summi principis in hac vel illa urbe tunc temporis perſiſtentis, ſeu reſidentis juſſu exierit.

THEOREMA IV.

SUMMARIUM.

Schedula Curſoria qualis ſit.

ET ſi Bolletta (Schedula curſoria) ab ipſis rogatur, eam, exhibeant. (*a*)

(a) Tertium ſignum eſt, Italicè *Bolletto* ſeu *Bollettino* vocatum, Latinè Schedula curſoria alijs aliter velut ſupra dictum eſt, ex qua perſonæ certitudo poteſt colligi. In Imperio autē ſequenti modo à Poſtarum Magiſtris tribuuntur: Gegenwertige Kayſerliche Ordinari Poſt ſoll ohnverzüglich bey Tag und Nacht nacher N. geführet / und nirgends keines Wegs im wenigſten auffgehalten / verhindert noch verſaumet werden / dann Ihrer Kayß. May. unſerm Allergnädigſten Herren / auch allen Churfürſten / und Ständen des H. Römi-

Römischen Reichs viel daran gelegen: und sollen alle Posthalter den Tag und Stund des Empfangs und Abfertigung fleissig hierunter verzeichnen. Signatum N. den N. ihm Jahr N. Latinè: Cursor hic Cæsareus publicus sine morâ diu noctuq; N. perducatur, cui nullibi mora injiciatur, quoniam S.C.M. omniumq; Electorum & Imperij statuum plurimum interest. Omnes rei cursoriæ Præfecti diem horamq; receptionis & dimissionis exactè subijciant. Signatum N.N. anno.

THEOREMA V.

SUMMARIA.

1. *Cursorum celeritas.*
2. *An pecuniã sibi commissam in alios usus vertendo furtum committat cursor.*

Litterarum fasciculos debito & loco & modo, his, quibus par est, tradant, (*a*) cæterisq;, quæ ipsis commissa sunt accuratè expeditis (*b*) maturè domum revertantur. (*c*)

(a) Qua de re satis c. 15. Theorem. 16. 17. 18. & 19.

(b) Interdum enim ijs non literæ tantùm commit-

committuntur, sed & alia negotia expedienda curandaq; dantur, cursoriæ rei inservientia. (c) 1
ἐμποδὼς! quo & cursoris & equorum cursoriorum ad futuros vel insperatos quoq; cursus tantò citiùs habeatur copia, ne inter προθυτέρες, 1.
præposteros cursores, perversos & nullo officium suum ordine facientes numerentur.

Pecuniam sibi adnumeratam Cursor vel Tabellarius vel Præfectus in proprios convertens usus vel surripiens furti tenetur

l.7. C. de furt. l.22.§.7. Mandat. *cc. art.* 170. Wesenb. *in. π. ff. de Furt. n.* 11.

2 Quamvis enim videri posset Dominium pecuniæ traditæ in nuncium esse translatum adeoq; Actionem furti, quæ contra Dominum non datur, cessare; attamen cum intentio contrahentium, negotia distinguat & traditio sine titulo inefficax sit ad transferendum dominium furti actionem hoc casu competere nullum est dubium.

CAPUT XVII.
DE
Adjunctis Receptis communibus.

SUMMARIA.

1. *Alacritas Cursoribus habenda.*
2. *Pericula quomodo ijs subeunda.*
3. *Quam culpam præstet Præfectus posta.*

Cursor

CVrsor in officio suo alacris (*a*) sit, nec laborum molem, (*b*) noctes insomnes, (*c*) itinerum pericula (*d*) aut id genus alia nimium metuat.

1 (a) Quemadmodum nil tam facile, quod, si invitus facias, non fiat difficile; ita nihil tam difficile; quod ubi lubens facias, non fiat facile; siquidem secundum Marónem

Georg. lib. 1.

——*labor omnia vincit*

Improbus.

Multum itaq; refert, utrum negotium alacriter tractes nec ne. Alacritatem vel ipsi Deo gratam esse, è sacra docemur pagina, quæ eis multa narrat exempla imitanda.

(b) Cùm laborare hominibus necesse sit, Eurip. & sine labore nil benè succedat.

(c) Prout postæ requirunt: haut enim iter differendum

——*donec totum impleat orbem*

Luna, alias Diana & Proserpina dicta secundum illud:

Terret, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana.

Ima, superna, feras, sceptro, fulgore, sagitta.

Hier. Auscell. *nelle imprese illustri. lib. 2. pag.* 181.

2 (d) Quæ tamen dum in via est, quantum commodè

modè fieri poteſt, evitet, ne cum commiſſis rebus pereat. In promptum enim apertumq; diſcrimen ruere velle, cum extra id conſiſtendo ſervari liceat, dementia eſt, Procop. *de bello Gothor. lib.* 2. In vijs autem ſuis ambulare, hoc eſt, in vocatione perſiſtere, Dei allicit tutamen: quapropter neceſſaria nec prorſus voluntaria eligentes pericula, Deus ſemper adjuvat *idem de bello Perſic. lib.* & qui per vocationem legitimam perit, non interit, Quod ſi verò per inſidioſa loca à Domino ſuo mitteretur, Dominus culpæ reus eſſet. *l. qui petitorio* §. 1 *ff. de* R. V.

Caſus fortuitos & inſolitos (qui inter ſe longè differunt) Præfectus niſi Curſoris vel ſui ipſius culpa præcedat, non præſtat, de leviſſima tamen culpa uterqúe tenetur. 3

arg. l. 2. C. de naufr. l. 3. §. 1. in fin. naut. cap. ſtabul.

CAPVT XVIII.

DE

Adjunctis Receptis proprijs.

THEOREMA I.

SUMMARIA.

1. *Curſus publicus multis privilegijs donatus.*
2. *Privilegia damnoſa quæ?*

VAllatus est Cursus publicus multis pinguibus privilegijs (*a*) & quidem meritò. (*b*)

1 (a) Unde Eminentissimus Elector Moguntinus, in d. Litteris ad Sac. Cæs. Majest. nominat hochbefreytes Kayserl. Post-Regal. Privilegia autem propriè dicuntur quæ contra jus Commune vel consuetudinem conceduntur.

l. jus singulare 16. *ff. de LL. l.* 1. *§. planè ff. de constit. princ.*

Horum multa habet Cursus publicus, de quibus ordine & sigillatim.

2 (b) Quemadmodum enim privilegia utilitati publicæ damnosa recipienda non sunt *L. nec damnosa* 3. *C. de precib. Imperat. offerend.* Nec privilegium alicui concessum ad ea extenditur per quæ publica utilitas læderetur. *L. fin. C. de off. Magistr. mil.* 2. 3. *de priv. Scholar. lib.* 12. Franc. Rapa *de post. cap.* 4. *n.* 29 *&* 30. Ita cum Cursus publicus Imperij, rei tàm publicæ quàm privatæ commodis eximiè serviat, inque rem omnium sit, quî eximijs privilegijs non gaudeat?

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Salva guardia unde dicatur.*
2. *Quid sit.*
3. *à quo & quibus concedatur.*
4. *Ejus effectus.*

5. *Contra*

5. *Contra Violatores Salvæ Guardiæ quæ actio detur.*
6. *Quomodo privilegia Cameræ insinuanda.*
7. *Quale delictum committat qui præfecto Postæ per literas injuriam infert.*

PRincipiò quidem omnia Postarum officia & stativa Cursoria contra externam vim & injuriam specialiter privilegiata sunt. (a)

(a) Primum hoc est privilegium & jure quidem primum occupat locum, cum defensionem corporis rerumq; absolutam ac generalem contineat προοιμήθειαν, sine qua Posta parum progressus, parumq; præconij haberet. Appellatur hodie communiter Italico nomine *Salva Guardia*, hoc est, salva custodia, Gallicè, *Sauve garde*, German. sonderbarer Schutz und Schirm / quæ vocabula, ut P. Premus *de secur promis.* 1
Cum salvo conductu æquipollentia facit, *qua de re quoq;* Jul. Magenhorst. *Cent. obs. Camer. Imper.* (*qua comment. ejusdem in ord. Cam. adjecta est*) *obs.* 49.
Ita hic ab eo, de quo supra, differunt; Est autem Salva Guardia protectio & securitas quæ à superiori potestate minus potentibus contra potentiores præstatur, Coras. *in l. illicitas, §. ne potentiores ff. præs.* 2

Hinc Schütz-und Schirmbrieff dicuntur pro-
3 tectionis privilegia, quæ ab Imperatore privatis etiam personis interdum dari consueverunt, quæ vulgo litteræ salvæ gardiæ appellantur, das sie/ihre Kinder und Güter in der Kays. May. und des heiligen Reichs-Schutz und Schirm sein sollen/Gail. *pract.obs.*54.*n.*7.*l.*2. Interq; regalia dinumerantur Ruland. *de interrogat. l.*2.*c.*1. *n.*4. Camman. *disp.de Regal.th.*78. & 104. Matth. Bortius *in discurs.Academ de nat.jur. Mai.& Regal.c.*3.*conclus.* 40.*ad fin.glossæ.* Nec non inter Imperatoris reservata. Mart. Mager à Schönberg *in elaboratissimo suo tractatu de Advoc. arm. c.*1.*n.*297. *ubi multos allegat.*

Et privilegia exoptatissimum sunt præsidium & munimen. *Nov.*80.*c.*9.& *Nov.*117.*c.ult.§.*1.
4 quia tale habens nullo modo inquietandus, aut molestia afficiendus est,

l. Sancimus 25.*pr.* C. *de admin. tut. l.*2. *§.*1.*c.de quadr. præscript. l.*6. C. *de posthm. revers.Nov.*138. *post Dd.se globatim congestos.* Pr.Farinac.*prax.crim. p.*1.*l.*4.*q.*29.*n.*1. & *seq.* Nec ullam debet experiri injuriam, *l.*6. §. *de off. pr. l.*28.*§.*7.*ff. de pœnit. Auth.Habita* C.*Ne fil.pro Patr. Nov.*5.*c.*2.*§.*1. nullam incurrere læsionem, damnum aut periculum.

> *Nov.*17. *c.*6. *arg. l.*1.§. *quotiens.*17. *ff.de Ventr.in poss.mitt.* Zas. *cons* 9. *n.*26. & *cons.* 10.11.13. *V.C. tom.*1. *insuper affluenter probat* Becht.*in tr.de secur.& salv.conduct. n.*19. Guil. Ant de Freudenberg *in amænissimo tr. de rescript.morat.tit.*9.*concl.* 63.*n.*21.

Securus

Securus namq; dici non poteſt, qui periculis, contumelijs & ludibrijs eſt obnoxius, *ut ex* Plin. *lib.3.epiſt.refert* Prem.*d.tr.hic in pr.*

hoc in negotio editum à moderna S.Cæſ Majeſt. diploma vides ſatis ſerium in hujus capitis Theoremate 22. Quod ad genus actionis inſtituendum attinet, adverſus violatorem Salvæguardiæ condictio ex lege competit, eo quod Privilegium vim legis habeat,

arg.§.ſed & quod Principi.1. *de* IN. G. & C. Bart.*in l.unic. de cond. ex leg.* Adrian. Gylman.Symphor.*tom.1.part.2.tit.11.vol.7.*

& ſic cum ad privilegiorum pœnam actum eſſet, data eſt actio in factum vel condictio ex lege quæ ad pœnam privilegiorum inſtituta in Cauſa Burgermeiſter und Rath / der Statt Altſtetin contra Burgermeiſter und Rath der Statt Franckfurt an der Oder / & conſideratum eſt in Cauſa Hall / contra Schwäbiſchen Gemünd & in cauſa Speyer contra Germersheim / per multa fundamenta adducta & in Cauſa Ingelheim contra Churfürſtl. Pfaltz /

Ruland.*de commiſs part.3.lib.3.c.6.n.4.*

ut tamen hæc actio locum habeat, requiritur, cum, ut actori, ſalvam guardiam revera eſſe conceſſam, conſtet, tum ut Cameræ & parti, contra quam citatio petitur, privilegiorum in Originali facta ſit inſinuatio, nam liquidum fit protectionis privilegium, per factam prius inſinuationem Cameræ atq; ipſi parti reæ, vel ipſius Originalis diplomatis exhibitionem, quod fidem facit pleniſſimam.

Capyl. *decis.77.n.5. post Ant. de Butrio. & consideratum est in causa* Oppenheim/ *contra* Franckfurt.

6 Privilegiorum autem Cameræ Imperiali insinuandorum modum aut Praxin edocet Author præjudiciorum, *verbum privilegium* § *Tenor* der Schrifft &c.

parti insinuatio fieri potest per Notarium, in præsentia duorum testium, quia Notarius habet jurisdictionem sive notionem in voluntarijs actibus & judex chartularius appellatur,

*gloss.in l.1.in verb.judicijs ff. de judic.*Marant. *part.4.dist.18.n.2.* Matthes. *sing.20. in apostilla n.3.incipito:nota bonam.*

Estque persona privilegiata ad negotia hominum authenticè conficienda. Juxta Roland.*in tr. notular.c.1.* huc faciunt quæ in Notariorum Encomium contulit Chassanæus,

Catal.glor.mund.part.7.consid. penult.
& JacobBrinckmann, T.
in centur.quæst.practicar.de Notarijs

quibus digneris addere *stellam meam Notario-*
7 *rum novam septem radijs corruscantem*, verum quid? si quis postis præfecto per litteras injuriam intulerit, in quonam loco delictum commissum censebitur, reusq; conveniri poterit? utrum in loco scriptionis, an verò receptionis? & ita Lipsenses respondisse refert Matth. Berlich. *part.2. decis.181. Bl. cons.294. incip. ad evidentiam n. 2. circa medium vers. his ergo præmissis venio. lib.1.*

qui

qui ita formaliter scribit, in tali casu maleficium ex parte fuisse inchoatum, sed non consummatum, secundum intentionem delinquentis quia acceptatio non fuit probata, nec executa, & omne delictum quod explicatur per nuncium vel epistolam, consummationem non accepit, nisi nuncius mandatum explicet. Et ideo, quod is in Judicio Cameræ per scriptum injuriosum exhibitam injuriam intulit, ibidem injuriarum conveniri possit, licet jurisdictioni Cameræ non sit subjectus, cum locus ubi injuria commissa est, inspiciatur, notatum refert R. Ruland. *de Comm. part. 4. lib. 7. c. 6. incip. tria sunt n.* 11. *vers. video assessorem & seq.*

Propterea quod idem dicendum est, si quis per litteras contrahit, quod quoad forum pro loco contractus, non locus subscriptionis sed receptionis litterarum habeatur: à contractibus autem ad delicta quoad forum sortiendum, valere argumentum, latè tradit Everhard, *in topic. loc. à contractibus ad delicta* 42. *n.* 2. *& n.* 4.

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Quinam teneantur ad onera civilia.*
2. *Ministri postarum qui sint.*
3. *Imperator potest subditos Imperij in protectionem suscipere, & privilegijs donare.*

4. *Onerum sunt alia realia, alia personalia, alia mixta.*

5. *Item alia ordinaria alia extraordinaria.*

6. *A quibus oneribus Magistri Postarum sint exempti.*

7. *An etiam ministri eorum.*

Singuli postarum Magistri (*a*) quique eorum vice sunt (*b*) à personalibus oneribus (*c*) & servitijs (*d*) quæ antea Magistratui suo præstitere (*e*) sunt immunes (*f*.)

1 (a) Ad commoda publica quantum in unoquoq; est promovenda, singuli cives obligantur, & qui onera ea subire tergiversantur à Magistratu possunt compelli *l. si quis 9. ff. de muner. & honor. l.* Lucius 21. *ad Municip.* Burch. Berlich. *de jure Noverc. p. 1. art. 4. §. 5.*

Ad quævis tamen obeunda munia immunes sunt Magistri Postarũ Generalis submagistri seu subpræfecti, ubicunq; locorum agunt.

2 (b) Quales sunt Posthalter / Postverwalter / Postschreiber & quoscunq; vel adversæ valetudinis vel gravium negotiorum, vel alius rei causâ substituit submagister; quin & cursores publici cum suis servis & pueris.

(c) Im-

(c) Imperator tàm mediate quam immediate Imperij cives & subditos aliquos in specialem protectionem recipit, eo quod universalis sit protector & superior, *l. Deprecatio* 9 *ff. ad L. Rhod. de jact. & l. bene à Zenone C. quadriennal. præscript.* 3

Eodem modo hunc vel illum ab oneribus & servitiis eximit, id quod est multorum privilegiis & facti evidentia notorium, *Mager. de Advoc. arm. c. 5. &* 10.

Onera autem quæ & munera vocantur, triplicia sunt, personalia, realia & mixta : personalia sunt quæ cum corporis labore animique solicitudine & vigilantia principaliter sine rei familiaris damno & sumptu perficiuntur, *l. ult ff. de mun. & hon.* 4

Ut sunt tutorem vel curatorem esse, excubias agere, & quæ ejus generis alia, quibus annumerari potest, hospitalis molestia, dum scil. Milites hospitandi sunt; Realia habentur, quæ ratione rei competunt, nec ipsam respiciunt personam: hæcque vel merè realia ipsi patrimonio imponi solita, vel modo quodam, personæ & res & patrimonium indicta. Est horum aliqua ordinaria, ut annua collatio, indictio, seu tributum, *Pet. Heigius* 1. *quo jur.* 17. *n.* 15. In quo nervos esse Reipubl. testatur Ulpianus *in l.* 1. §. *in causa ff. de quæst.* Petra *de potest. Princ. c.* 4. §. *libet n.* 71. Et in eam levandum civitatem in cujus territorio agri possidentur, *l. forma §. si verò ff. de Censib. l. fin. C. sine Cens.* &c. Germanicè Jährliche Schatzung / Beht / Steuer / Schoß / Rosenthal *in Synops. F. c.* 5. *concl.* 73. *n.* 4. 5

Alia extraordinaria quæ non nisi publica necessitate vel utilitate postulante, extra ordinem indicenda, ut sunt: Türckensteuer/Kriegssteuer. Sed quid Germanicè hæc profero, cum vel insulsissimi rustici (haut tamen sine memoribus expensis & malis suis) hactenus non minus didicerint sive Latinè sive Gallicè dicere *Contribution* quàm *Quartier*, *Rendez vous*, *Marche*, *Guarnison* &c. indeq; simul hoc seculo, tã sint facti versuti & versipelles, ut nõ agros sed juris studia coluisse videantur, *Frid. Martin. de jure Cens. cap.* 3. *n.* 93. *è Menochio de arbitrar. jud. Q. lib.* 2 *cent.* 2. *Ca.* 194. *n.* 3. At hæc onera propter magnum quem sapiunt rigorem Reipublicâ Christianâ pene exulare sunt jussa. *Florez. Diaz de Menapract. qu.* 21. *n.* 5. & 9.

6 A personalibus tamen oneribus multisq; realibus, præsertim verò hospitatione militum, aggeres condendo German. Schantzen bauen / excubias agendo & similia qui cursoriæ reipublicæ vacant, sunt & esse debent immunes, idque non solum nostri sæculi sacratissimorum Impp. privilegiis sed & antiquo jure quod vult, ut hi, qui Imperatorum res procurasse monstrantur, excusandi veniant, *l.* 1. *C. de Exc. mun.*

Et cur deterioris conditionis sunt ac pictores? *l. Archiatr.* 8. *c. de metat.*

Ita non immeritò (meo quidem judicio) à tutelis quoque & curatelis quia jam antea publicum Reipublicæ causâ habent onus, idque grave satis, cujus gratia sæpe abesse coguntur, intellige, durante prætecturâ sicut Reipubl. causa quis abest. Vide Schneidevv. *in Institut.*

Sed,

Sed, anne & ministri & servi postæ Magistrorum & submagistrorum hac eadem gaudebunt immunitate? Aio, quoniam illorum qui Reipubl. causa absunt comites & ministri quoque excusantur,

l. *Administrantes* 41. §. *eorum ff. de excusation.* Schneidevv. *in* §. *item ij qui l. excus. tut. vel Curat.*

Confer quæ supra in cap. 15. theor. 6. habentur.

(*d*) Quæ servis competunt, discrimen itaque inter officia, ministeria, servitiaque est, de quibus Grammatici & Critici.

(*e*) Namque hominum,

Nemo potest Dominis simul inservire duobus, Matth. c. 6.

(*f*) Satis enim habent quod agant, cursorijs implicití rebus.

THEOREMA. IV.

SUMMARIA.

1. *Vectigal quid sit.*
2. *Passagia & Pedagia quid sint.*
3. *Quis ea concedat.*
4. *Quinam non teneantur ad vectigalia.*
5. *Cursores an sint liberi vectigalibus.*

VEctigal aut pedagium Cursores nullum solvunt, sed terra marique ab hujusmodi muneribus ambulant liberi. (*a*)

(*a*) Quia

1 (*a*) Quia principis autoritate in bonum publicum currit l. 4. §. 1. de publ. vectig. & Commiss: Vectigal à vectura dictum, Græcè τέλος. *Modest. in l. 15. ff. de exc. tut.* Unde telonium telonæ, telonarij: *Italicè*, gabella, daccia, &c. *Petr. Frid. tract. de Mandat. monit. judicial. sine clausl. lib. 2. c. 42. n. 3.*

Proprie est regale quod pro invectione & evectione mercium debetur. Latius autem intellectum sicut ab Ulpiano *in l. inter publica. §. fin. ff. de S.*

est, ex quo Fiscus Vectigal capit, quare rerum venalium, pontium, salinarum, metallorum, piscatorum, &c. quo pertinent Passagia, Pedagia. i.

2 Weggelt/quæ soli publici ratione à transeuntibus pro itinerum securitate solvuntur,

c. super de V. S. l. 1. *ff. de publ.* Bald. *in c. 1. quo sint regalia* Gail. *obs. 64. n. 5. & seq.* Reinkink. *de retractu consangu. quæst. 3. num.* 100.

Guidagia i. Geleitgelt quo ad potestatem tribuendi principi, Comiti, Reipubl. alicui Vectigal exigendi: minoribus verò Fisci, quando ad Imperatoris Fiscum pertinet. *lib. 1 ff. de Voc. publ. fru.*

3 *d. l inter publica* 17. *ff. de V. S.* solus Imperator in imperio, *juxta l. 12. & 3. C. nov. vectigal inst. non posse l. vectig.*

hoc regale concedere potuit, sine quo quidem nec nunc ulli licet *R. I. de anno* 1576. §. Weiter seynd. §. dardurch nicht allein/ & §. derhalben damit

At hodie ut propter maximum vectigalium abusum (dum nempe vel privati etiam ut in Gallia, Bodino teste

de Reb. 1. c. 10.

vel

vel alia privata autoritate &c. instituunt transferunt augentve) eo minus ac difficilius ad novorum vectigalium institutionem pœnâ ambitus plectendam, *l. unic. ff. ad L. jul. de ambit. §. item.* reformationem seu translationem, *d. lib.* 10 *ff. publ. & vectig. d.* §. darburch dann *& §. seq.* & auctionem, Zollersteigerung / *Salic. ad d. l.* 2. *C. nov. vectig. inst. Rol. à Vall. consf.* 42. *n.* 12. *vol.* 3. *Sixt. de Regal. lib* 2. *c.* 6. *n.* 22.

deveniatur; in Imperio ad eam rem una cum Imperatore etiam Electorum consensus vult requiri. Nec tantum quo ad nova non instituenda, Capitulatio Cæsarea cum Electoribus facta, sed quo ad hæc & reliqua etiam d. §. §. §. clari sunt. Eadem quoque vectigalia diminuere vetat expressus textus juris *l. d. l. vectigal. ff. de public.* siquidem diminutum novi sapit naturam. *Azo in umm. ad tit. d. C. nov. Vectigal. instit. non poss. n.* 1. *Cujac. in paratit. ejusdem tit.*

Cum diminuere vectigalia non minus ac antea instituta augere ad Regalia pertineat, vectigal tamen omnes solvere non tenentur, Immunitatem enim habent præter illustres; Nobiles 4 *Guid. pap. decis.* 41. 384. *&* 387. Waremund. ab Ehremb. *de onerib. subditor. n.* 66.

Equites præsertim Imperatori immediate subjecti, veluti videre est è Copia contradictionis deß heyligen Reichs freyen ohnmittelbaren Ritterstands am Rheinstrom in der Wetteraw und zugehörigen Orten de dato Franckfurt 20. Decemb. anno 1636. Principum Legatos quoad species portandas, (nam pro ijs quas de propriis locis, unde

unde veniunt, deportant, & ita in locum ubi præstari solet, vectigal important, illud pendere tenentur) Cameræ & Parlamentorum Assessores, Consiliarios, *per text. in l. omnium* 6. C. *de vectig.* ubi personæ solùm privatæ oneri subjiciuntur *l. à Legatis* 8. *c. d. t.*

Ita quoque statutum est in ordinatione regiminis Augustæ vindel. Anno 1500. §. item sollen Churfürsten. nec non Wormatiæ anno 1521. §. item sollen auch Churfürsten/ ꝛc. & in Ordinatin. Cameræ Imperial. *par.* 1. *l.* 49. *in pr.* Ruland. *de commiss. par.* 4. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 28. *&* 55. P. Frid. *lib.* 2. *de Mandat. jud. cap.* 42. *n.* 6. Matth. Vauz. *in tr. de peanges p.* 5. *v.* 6. Professores, Studiosos, *l. univers.* 5 C. *de vectig. & Com.* Accurs. Bart. Bl. Salic. Alb. de Ros. Cyn Hunn. *& Dd. communiter in Auth. Habita* C. *ne fil. pro patr.* Personas Ecclesiasticas, *l. Presbyteros* 5. *C. de Episc. & Cler. c. quanquam de Cens in* 6. Cadavera ex alio in alium locum transferenda, *l. ult. c. de Relig. & sumpt. fun. & similes*,
5 etiam cursores publici; & hoc in imperio ita receptum est, nec contrarium ibi, uti nec in Italia aut Gallia fieri audivi; unde dum, cum Joach. Cluten. *in syllog. rer quotid. concl.* 22. *lit. b. ad fin.* & Christoph. Besold.

Thesaur. pract. in voce Post.

Limnæus scribit, postarum Magistros Fisco inferre esse adstrictos,

& jur. publ. imper. rom. lib. 2. *c.* 9. *n.* 134.

non intelligo quam feliciter hoc obtineat, quod si tamen olim hujusmodi quid fuit, hodie

de

de consuetudine ampliùs non est, sed negligitur, non secus ac precium viæ publicæ numerandum, *gl.in l.si locum* 14.*in princ ff.de vignor.*Schneidevv. *in §.Final.n.*24. *l.de servit.rust.& urban.præd.*

THEOREMA. V.

SUMMARIA.

1 *Cur Ministri Postarum hospitio militum & Salgamum præstatione non onerentur.*

2. *Quale sit onus hospitij militum.*

. *Salgamum quid sit.*

4. *Quid hodie militibus hospitio exceptis præstetur.*

NEc milites hospitio recipiunt (*a*) aut Salgamum præent. (*b*)

(*a*) Ijs quæ in *capitis hujus theor.* 3. sunt dicta, 1 ica sequentia licet addere: Hoc ita consuetue & immemoriali tempore fieri videmus & dem propter operam quam præstant, publi-,meritò, cum & hanc eandē ob causam(adde lignitatem) Artium inprimis Professores, um Doctores, Medici, Advocati, Princi- Consiliarij ac Officiarij eorumque uxores ospitum, militum susceptione alijsque muous publicis immunes pronuncientur, *l. Medicos*

dicos 6. C. de prof. & Med. Besold. *in disc. de priv. stud.* Klock. *de contrib. concl.* 56. *& seq.*

2 Aliàs, inter onera civilia reputatur quod subditi militibus hospitia præbere tenentur, *l. 3. c. de muner. patrim. lib.* 10. *l.* 3. §. *munus ff. de mun. & bon.* Principes enim jure superioritatis. (**Vermög Lands-Fürstl. Obrigkeit**) gratis designare possunt hospitia, omnesque ejus imperio subjecti parere necesse habent, nisi qui singulariter exempti (**der Einquartierung befreyet**) reperiuntur. Nec quis inhabitantium in loco ubi comitia (**Reichs-Täg**) habentur, ab adscriptione (**der Anschreibung**) & munere suscipiendi Status eorumque Legatos, *teste Bertram apud Arum. diss. pol.* 9. *membr.* 5. *concl.* 57. *Speidel. in notabil. juridico. Hist. in verbo* **Einquartierung.**

exemptus est. Idem valet in convocatione Electorum actu illo legitimo, quo Electores reliqui per Electorem Moguntinum sub certa forma in A. B. præscripta ad Electionem imperatoriam in imperatoris & Imperii urbe **Franckfurt** expediendam convocati apparent.

A. B. tit. 4. §. *caterum quoties.*

(*b*) Salgamum dicitur herba quæ condita sale
3 ad victum in vase adservatur, veluti Brassica, Enulabeta, ut nunc apud Turcas. An verò per Salgamum de quo *lib.* 11. *c. de Salg hosp. non præst.* etiam intelligantur, Culcitræ, oleum & ligna, quæ Salgami nomine milites transeuntes poscebant, inter autores

:es non convenit, Lucas de penna ibi ait:
;or. Tholosan. negat *lib.* 5. *synt. jur. c.* 23.

lciatus Salgami appellatione etiam sal,
n, butyrum & hujusmodi esculenta ad con-
lum & alia indies necessaria veluti ligna, ve-
putat. Hodie militibus, hospitio exceptis 4
)tantum sal, candelæ & ligna dantur, quæ
à Gallico *service* id est servitium nuncupan-
uia hisce rebus militi inservitur, à quibus ta-
omnibus, cum juris tùm Medicinæ Dd. libe-
t, ut supra ostensum.

THEOREMA. VI.

SUMMARIUM.

r ubiq; sint Cursores inviolabiles.
gati jure Gentium inviolabiles.
uid si Legati crimen atrox committant.
:uritas locorum intervallis non mutatur.
uinam Postarum ministri gaudeant salvo con-ductu.
lvus conductus datus ad veniendum, censetur etiam datus ad redeundum.

Uocunque Cursores agunt (*a*) inviolabiles sunt, (*b*)

Seu quocunque locorum ambulant, sive

in via solita sive insolita fuerint deprehensi. Si enim necessitatem aut præstantiam muneris consideres, instar Legatorum ferè sunt, quos vel gentium jure in bello etiam tam accedentes quam recedentes sanctos seu inviolabiles scimus, *l.8.ff. de R.D.c.9.Dist.1.*

2 Unde si quis Legatum hosticum pulsâsset, contra jus gentium id commissum esse existimabatur, & violans legatos hostibus est tradendus ut fiat illorum servus, *ut est tex.in l.fin.ff.de legation.* & secundum Canonistas excommunicatur.

c.si quis 2.dist.94.add.gl.in c.jus gentium d.dist. 1. item c.super gentes & regna X. de off. legat. jur.bell.& pac.

Ita, inviolabiles apud omnes fuerunt habiti, *Jul.Cæs.l.3. de bell. Gallor.n.66.* etiam hostilia tractantes, unde Livius de Legatis Tarquinij, qui proditionem Romæ concitaverant, *Quanquam visi sint commisisse, ut hostium loco essent, jus tamen gentium valuit*, & Salustius: *fit reus magis ex aquo bonoque quam ex jure gentium Bomilcar comes ejus* (quod ergò valet in Comite Legati, hoc multo magis in ipso valebit Legato, argumento ducto à majori, id est, minus credibili ad magis credibile) qui Romam fide publicâ venerat. Bonum & æquum h.e. merum naturæ jus patitur pœnas exigi, ubi reperitur, qui deliquit; at jus gentium Legatos & qui his similes fide publicâ veniunt, excipit, quare ut rei fiant Legati contra jus est gentium, quo vetari multa solent, quæ jus naturæ permittit; conjectura etiam hic stat; verius enim est privilegia ita intelligi debere, ut aliquid tribuant

ıt ultra jus commune, aliâs enim non essent
ilegia, Quod si Legati ab injusta tantum vi
essent, nihil in eo magni esset, nihil præcipui,
e severitatem, Legatorum utilitati, quæ ex
a est, præponderare. Quam ob rem si cri- 3
commiserit atrocius & ad publicum malum
tans, mittendus erit Legatus ad eum qui mi-
um postulato, ut eum aut puniat aut dedat:
nodo Gallos postulasse legimus ut sibi de-
atur Fabij. Et si vim armatam intentet Le-
s, occidi quidem poterit, non tamen per mo-
pœnæ, sed per modum naturalis defensio-
eluti Hugo Grotius eleganter de hac re dis-
lib. 2. c. 17. de jur. bell. & pac.
ecte ergo Paschalius *in leg. c. 75.*
ıt Lux est Solis, calor ignis, siccitas terræ, ita
gationis proprium est securitas. Nec jus
itatis seu salvi-conductus locorum interval- 4
itátur § 1. *de* 1.
quod juris quis habet in universo terrarum
idem etiam habet in parte, *teste Gaio l. qua de*
76. de R. V. Arumæus *ad A. B. disp.* 1.
.. cum quoque non tam rationes rerum &
um quàm officij personæ competat, quæ
biquę retinet.
) Securitas & salvus conductus postæ præ-
datus, intelligitur etiam datus ejus comiti- 5
tque familiæ, *ut concludit Hippol. de Marsil. in*
Rubr. C. de probat. quem refert & sequitur
r. hic n. 4.
leoque Cursoribus publicis; sunt namque
næ publicæ in tali munere constitutæ, qui-

bus meritò parcendum, primùm ab ea, quæ ſecum portant quæque ipſis ſunt commiſſa negotia: deinde ob Cæſaream vel Regiam protectionem, quâ vel ſinguli adeoque etiam privati ad nundinas venientes gaudent; nec quis eos in eundo & redeundo ab ijsdem moleſtare in aliquo, vel impedire audet, uti quidem Helenopolitani ſeu Francofordienſes illuſtre hoc privilegium à Friderico Romano Rege in Caſtris ſub obſidione Eſcoli II Julij 13 indict. conceſſum obtinuere.

6 Redeundo inquam, ſalvus enim conductus alicui ad eundum & veniendum ſi conceſſus, cenſetur eidem ad redeundum quoque & diſcedendum conceſſus, hoc ipſo ſalvus conductus, *l. utimur ff. de ſepul. viol.* Pet. Prem. *de ſecur. promiſſ. q* 6. & ſecuritas promiſſa violari videtur, ſi reditio denegetur. Ant. Bullæus *in conſ.* 3. *quæſt.* 5. *ubi exceptionem ponit, nec paucos allegat.*

Curſor itaque contra externam vim munitus eſt, ita qui imperatorium curſorem violat, crimen læſæ majeſtatis committit, *l.* 3. *ff. ad Lex. Jul. Maj.*

Non minus ac qui Notarium publicum Cæſareum in munere ſuo lædit aut contumelioſè habet.

THEOREMA. VII.

SUMMARIUM.

Ubinam Curſoribus publicis ſint portæ aperiendæ.

Ijs

s vel noctu portæ aperiuntur ad-
entantibus. (*a*)

a) In parvis quidem oppidis seu municipijs,
que periculo munitionibus majoribusque
bus insidiantium fieri potest. Cum enim
lurimum quo ad litteras per cursum publi-
perferendas periculum in mora sit; utique
sores nullo modo temere aut inaniter deti-
di: Hic igitur suadente Lucano

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

THEOREMA. VIII.

SUMMARIA.

ortalitia quænam optima.
Quomodo litera noctu in fortalitia transmittantur.
Quomodo in magnas urbes.

I Fortalitijs (*a*) tamen sese ali-
er res habet, magnisque urbi-
. (*b*)

) Fortalitia seu propugnacula, Vestungen/ 1
in plano multis de causis, sublimioribus præ-

 fert,

bus meritò parcendum, primùm ab ea, quæ cum portant quæque ipsis sunt commissa negotia: deinde ob Cæsaream vel Regiam protectionem, quâ vel singuli adeoque etiam privati ad nundinas venientes gaudent; nec quis eos in eundo & redeundo ab ijsdem molestare in aliquo, vel impedire audet, uti quidem Helenopolitani seu Francofordienses illustre hoc privilegium à Friderico Romano Rege in Castris sub obsidione Escoli II. Julij 13 indict. concessum obtinuere.
6 Redeundo inquam, salvus enim conductus alicui ad eundum & veniendum si concessus, censetur eidem ad redeundum quoque & discedendum concessus, hoc ipso salvus conductus, *l. utimur ff. de sepul. viol.* Pet. Prem. *de secur. promiss. q* 6. & securitas promissa violari videtur, si reditio denegetur. Ant. Bullæus *in cons. 3. quæst. 5. ubi exceptionem ponit, nec paucos allegat.*

Cursor itaque contra externam vim munitus est, ita qui imperatorium cursorem violat, crimen læsæ majestatis committit, *l. 3. ff. ad Lex. Jul. Maj.*

Non minus ac qui Notarium publicum Cæsareum in munere suo lædit aut contumeliosè habet.

THEOREMA. VII.
SUMMARIUM.

Ubinam Cursoribus publicis sint portæ aperiendæ.

Ijs

Iis vel noctu portæ aperiuntur adventantibus. (a)

(a) In parvis quidem oppidis seu municipijs, absque periculo munitionibus majoribusque urbibus insidiantium fieri potest. Cum enim ut plurimum quo ad litteras per cursum publicum perferendas periculum in mora sit; utique Cursores nullo modo temere aut inaniter detinendi: Hic igitur suadente Lucano:

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

THEOREMA. VIII.

SUMMARIA.

1. *Fortalitia quænam optima.*
2. *Quomodo literæ noctu in fortalitia transmittantur.*
3. *Quomodo in magnas urbes.*

IN Fortalitijs (a) tamen sese aliter res habet, magnisque urbibus. (b)

(a) Fortalitia seupropugnacula, Vestungen/ quæ in plano multis de causis, sublimioribus præ- 1

fert, proptereaque hæc ferè deserta esse dicit B
soldus *c.* 12. *polit. th.* 59. *n.* 3.

& quæ quinquangula, si iustam inter
habent distantiam, omnium aliorum e
se accommodatissima statuuntur ut po
à quibus non solum quodvis punctum i
procinctu eius ab alio defendi potest (i
quod fortificantium maximum requisi
tum) sed insuper etiam ad retrocessione
faciendas Belgæ & Galli *retrancher* vo
cant, nimium idonea sunt, portas neu ti
quam noctu aperiunt, sed hoc habent, u
filis ferreis, ac lineis seu restibus supr
a Fossas expansis, ad attrahendum littera
utantur. Hunc in finem quoque porti-
culæ quas Nachtpforten appellant, vel
cistulæ quæ restibus supra fossam expan-
sis ducuntur, sunt inventæ.

3 (*b*) Uti Coloniæ, Francofurti, Argen-
torati, Norimbergæ & aliis; Quapropter
& quibusdam in locis, ut Augustæ Vin-
delicorum etsi hæc Urbs peculiare & se-
curum satis pylidium (porticulam seu in-
gressum, Germ. Einlaß) habeat, ædes ta-
men cursoriæ seu stativa extra portam
sita sunt.

THEOREMA. IX.

SUMMARIA.

1. *Stati postarum dies & hora cur serventur.*
2. *Praefectus Postae an mutare diem ac horam Postarum possit.*

CÆsareæ postæ Magistri ordinarios postarum dies, prout consultum censent, mutare possunt. (*a*)

(*a*) Ut posta suos ordinarios & dies & horas habeat valde utile ac necessarium est, veluti cuivis postarum beneficio fruenti liquet. Inde enim hoc nominis meruit, ut non solum publica sed & ordinaria diceretur, ab usitato literas dandi & recipiendi tempore seu ordine qui servatur. 1

l. 25. in fin. ff. de Ædil. Edict. de Diebus & horis vide Schneidevv. *in instit.*

Et hic ordo cunctis ita solet arridere, ut ipsius sublationem multi ægrè ferant, plurimi autem ægerrimè. Interdum tamen summa necessitas horæ vel diei etiam mutationem manifestè exigit ac notoriè, & tunc ordo est, non servare ordinem, *c. ad nostram* 3. *R. jurejur.* posse autem Generalem postis præfectum hanc mutationem instituere patet è verbis Copiæ Bestallungs-Brieff cuidam

Præfecto olim datæ, demnach wir / durch m
Käyserl. Privilegia, insonderheit durch jüng
in welchem auch jetzglückseeligst regierender K
ser Matthias allergnädigst uns das Generalat u
Obriste Postmeister-Ampt über alle Posten u
Aempter im Röm. Reich gelegen Erblich con
dirt und verliehen hatt / dahin privilegirt und
freyet seynd / daß wir nach Willkühr und eigene
Gutdüncken mit unseren Aemptern und Poste
auch mit an- und Absetzung taug- und untaugl
cher Personen darzu / so in unserem Nahmen g
dachte Posten und Aempter administriren un
disponiren können / und also Unordnung zu steuer
und hergegen bessere einzuführen / das Ziel unser
tragenden Ampts ist / &c.

Latin.

QUandoquidem indultis Cæsareis, præsertim novissimo illo, quo moderni Imperatoris Matthiæ S. Cæs. Majestas generalem directionem omnium rei cursoriæ publicæ præfecturarum in Imperio hæreditariè contulit, illud quoque datum nobis est, ut pro arbitrio de præfecturis instituendo, destituendo in illis homines idoneos, disponere valeamus, adeoque declinatio omnis confusionis scopus est officii nostri. Per generalis itaque postarum Magistri consensum suffectis etiam postarum Magistris licebit: Nec minus attendendi sunt hidies, quam ij, in quorum locum sunt surrogati, cum surrogatum ejus sapiat naturam cui surrogatum est. *l. si quis eum §. Qui injuriam ff. si quis caution §.*

futrat.

fuerat. 1. *de action.* Gregor. Barsch *in radic. claus.* c. 4 *n.* 34. Joh. Hering. *de Molendin. quæst.* 1. *n.* 35. q. 8. *n.* 14.

Quæ regula non solum extenditur ad res, sed etiam ad personas, tempus & actiones.

Barsch. *d. rad. c.* 17. *n.* 21. Ant. Bullæus *Resp. jur.* 10. *n.* 21. *&* 22.

THEOREMA. X.

SUMMARIA.

1. *Nundinæ quid sint.*
2. *Nundinæ Francofurtenses quales*
3. *Quid sit* das Pfeiffergericht.
4. *Quinq; quibus Francofurtum laudatur.*
5. *Cur Posta in nundinis duplicanda.*

NVndinarum *(a)* tempore eas quoque possunt duplicare *(b)*

(a) Nundinæ, Jahrmarckt/Meß / à nundinando, i. Venditando & Emptitando

3. *Fastor.* 1

sunt emporium seu Mercatus à principe certo loco & tempore publicæ utilitatis gratiâ institutus; Talis ultra hebdomadem perrarò durat, unde Ovidius *ut ex* Barth. & Seiler, *testatur* Gail. 2. *de pact. publ. c.* 1. rectè,

Emporij tempus nunc est, si fluxerit illud,
Postea jam nulli quærere lucra licet.

hujusmodi Emporium Imperij Germanici celeberrimum Francofurti cis Mœnum annuatim 2

bis celebratur, alterum paulo ante sancti Pascl
tos festum, alterum circa festum Nativitatis
Deiparæ Virginis Mariæ, quo tempore Ἀυλη-
3 χρίσις annua habetur, Vulgo Pfeiffergericht v
cata, de qua quondam de manu amica hæc acc
pi: Das Pfeiffergericht ist ein sehr altes Herko
men/und hat den Nahmen dahero / weil die dr
Stätt Nürnberg/ Worms und Bamberg (do
allein die Alt-Statt:) Jährlichen in der Herbstm
den nächsten Gerichts-Tag vor Mariæ Gebur
vor sitzendem Gericht von des heiligen Reichs-un
Stattgerichts Schulteisen / als zu dessen Amp
solches von Alters hero gehörig/Ihrer Zollfreyhe
ten/so sie allhie zu Franckfurt haben mit Pfeiffer
auffholen müssen. Gegen solche Zollfreyheiten g
ben obbemelte drey Stätt und jede besonder / den
Schulteisen einen weisen hölzern Becher / ei
Pfund Pfeffer/ ein alten weisen Biberhut / zwee
weise Handschuch und ein weiß Stäblein. De
Hut oder Filtz/ welchen Wormbs allein gibt/ lösen
sie jedesmahl mit einem Goldgülten wiederumb
ab / und verbleiben solche Stück des Schulteisen/
die Pfeiffer unterhält allein die Statt Nürnberg/
herentgegen geben die andere Stätt deroselben
jährlich ein gewisses / und hat vorzeiten eine jede
Statt Ihre eygene Pfeiffer gehabt; die von Honi-
gen oder Hoingen / haben vor Alters solche Zoll-
Freyungen auch gehabt/und mit ebenmässigen Ce-
remonien und Solennitäten auffholen müssen/
habens aber (gleich denen von Cölln) versaumt
und dieselbe damit verlohren.

Latinè:

Latinè:

Ἀλητήκρισις, sive, das Pfeiffergericht / priscæ consuetudinis res est, nomenq; inde duxit, quod tres civitates Norinbergensis, Wormatiensis & Bambergensis vetus, quotannis in nundinis autumnalibus in conventu judiciali Nativitatem Virginis Deiparæ proximè præcedente, à Prætore Imperiali urbis Francofurtensis, cujus officij jus hoc ab antiquo appendix extitit, privilegium à præstatione vectigalium præeuntibus Tibicinibus nancisci debeant. In pretium redemptionis ejus privilegij omnes & singulæ dictarum civitatum Prætori exhibent poculum ligneum candidum, piperis libram, pileum veterem & candidum, ex pilo castoreo confectum, par chirothecarum itidem candidum, nec non baculum album; Pileum, quem sola Wormatia præbet, aureo uno qualibet vice redimūt. Cæterū ea omnia Prætoris sunt. Tibicines Norimberga præstat, cui è contra cœteræ urbes certum quid annuum pendunt. Hohingenses simili privilegio quondam gavisi sunt, illudq; simili solennitate quotannis redemerunt, quod, dum (uti etiam Colonienses) neglexerunt, privilegio pariter suo exciderunt.

Dè his & alijs rebus hanc urbem reddentibus celebrem ego quondam ita:

Quinque hæc nobilitant Francofurtum, Posta, Machara
Emporium, Electus Cæsar, itemq; libri.

Francofurtum enim (ubi anno salutiferi partus 4

tus 1496. Imperij Monarcha existente Maximiliano primo, prima Banni Imperialis sententia promulgata est, *ut ex* Barth. & Seiler. Gail.2. *de pact publ.c.*1.quod ibidem, 1.Postæ vigor major, 2.Artis gladiatoriæ peritis Magistri titulus (Meister des langen Schwerdts) per suos Artifices conferatur, è Dressero *de urb.Germ.p.*250. Joh.Limnæus *de jur publ.Imper.lib.*7.*c.*16.*n.*10. quod tamen præ omnibus civitatibus alijs non habet ut Munsterus, *in Cosmogr.* credidit Experientia & communi praxi aliud testante. 3.Nundinæ semestres, solenniores celebrentur, quas potissimum Imperiali protectione & immunitate munitas esse è privil. der Kayserl. Reichs-Statt Franckfurt am Mayn anno 1614. publicatis *part.*1.*fol.*170. 193.252.269. demonstrat, eximius ille Archivarius Mart. Mager. *de Advoc.arm.c.*16.*n.*117. *& seq.* de Nundinis in genere tractat Sixtinus *de Regal.lib.*1.*c.*6.*n.*31.

Nundinarum autem jus de majoribus Regalibus est sineq; Principis authoritate & concessione haberi non potest, neque si ex privilegio, ab eo impetrato institutæ sunt nundinæ aliorsum transferri possunt,

c.translata de constit. Sichard. *l.unic. n.*1.*C. de nund* Matth.Stephani *de jurisdict.lib.*2.*p.*1.*c.*1. *membr.*2.*nu.*100.Sixtin.*eod.cap.*

modo privilegiati, obsequiosi ac fideles maneant, privilegianti ejusq; successoribus legitimis: si namq; secus, levifidi se è capite suo diffluentes ejusmodi immunitatibus & magnis beneficijs, ut indigni meritò exuuntur 4.Rex romanorum futurus

turus imperator eligatur, quo tempore Francofurtenses ex imperiali sanctione jus protegendi septemviros (qui ad eligendum Rom. Regem Francofurtum convenerunt) habentes, solenne juramentum præstant, in quo civibus Francof. duo mandantur, primum ut omnes P.P. Electores fideli studio protegant,

juxta text. A.B.c 1. §. *ult. vers. injungimus in paral. ad* Abb. Utsperg. *in Car. iv. Costald. de imper. quæst* 8. *n.* 11. *vers.* 14.

secundum, ut per totum illud tempus, quo super electione tractari contigerit, ultra prætaxatum PP. Electorum comitatum, neminem in urbem intromittant, intromissosq; exire faciant, sub perjurij pœna & amissionis omnium privilegiorum & banni Imperialis. Minimè tamen necessarium est, non nisi Francofurti hujusmodi electionem fieri, locus enim non est de substantia actus

c. fin. de rest. Spol.

Ad hæc Carolum IV. ea quæ de electionis loco in aurea Bulla constituerat, contraria sanctione, ad prætextum, quod tantam Electionem loco restringere perabsurdum foret anno 1365. palam rescidisse ex Hartm. Maur. Archiepiscopi Colon. Cancellarij tractatu de coronat. Caroli V. circâ pr. refert, D.G. Lud. Lindenspiþr *in elegantissimis monitis polit. ad A.B.*

5. nulli non libri in lucem editi prostent.

(b) in mercatorum ac negotiantium gratiam quo se eo melius ac ocijus expediant, tantoque minores faciant in peregrino loco sumptus, & quæ sunt causæ aliæ. 5

THEORE-

THEOREMA XI.

SUMMARIA.

1. *Cur Postarum stativa in quovis loco possint introduci.*
2. *Quomodo Magistratus ea de causa salutari debeant.*
3. *An præfecti Postarum debeant esse Cives locorum ubi sunt constituti, contra Knipschildum.*

IVs habent in Vrbibus, Oppidis & pagis stativa (**Poststellen**) introducendi seu instituendi (*a*) præscientiâ illius loci Magistratus non tam necessariâ quàm honorariâ.

1 (a) Publicæ utilitatis gratiâ, quam nemo debet impedire, namq; ut habet versus:

Publica privatis anteferenda bonis.

l. utilitas 3. *C. de primip.* Phil. Camerar. *med. hist. cent. 1. c.* 32. Tob. Hessus.

(b) Honoris tantum causa, ne prorsus neglectus aut despectus habitus sibi videatur, adde quod è re Cursus publici maximopere sit, domini territorialis pace & consensu, ubi fieri potest, egisse, Perindè ac Creditor ex urbanitate Judicem implorare habet, tametsi ex conventione & pacto potestatem nactus sit propriâ authoritate ingrediendi, debitoris bona occupandi, possessionemq; acquirendi

text. est in l. penult. in fin. C. de pign. act. & in l. creditores 3. ubi Bartol. *hanc materiam planè examinat C. de pign.*

seu ut publicus judicij Cursor (Gerichts-Bott) citationes ac denunciationes per edictum affigere solet, rogato prius & salutato ejus loci Magistratu, ut executioni & publicationi veniam det *Reform. Francof. p. 1. tit. 9. §. 6.*

Quanquam ultimum hoc simile cæteris magis claudicet, cum Magistratus honoris ergo ita salutatus ad consensum teneatur, eò quod Imperatori seu Regi, in exercitio Regalis sibi reservati obesse aut obsistere nec possit neq; debeat, Malè itaq; Domini Norimbergenses, aliquot annis fecere, moderno Rei cursoriæ seu Postæ Cæsareæ præfecto ibidem, iniquè adversantes, habitationis locum ei invidentes, indebitaq; postulantes, ut sacram Cæs. Majestatem eos oportuerit, propter alia sequentia mandatis pœnalibus &c. compescere. Quæ cum alijs quibusdā pluribus in Replicis mei anno salutis 1650. seorsim editis, quarum rubrica: Beständige in jure & facto festgegründete Abfertigung Nürnbergischer vermeinter Refutation das Kayserl. Freye Postwesen und dessen angehörige Personen betreffend/allegata reperiuntur.

Pro Dominis Norimbergensibus quidem Philippus Knipschild, Civitatis Eslingen Syndicus, in tractatu de jure & privileg. Civitatum imperialium *lib. 2. c. 4.* quæstionem sequentem defendendam inscripsit, nempe:

An

An Postarum Magistri seu Administratores extranei quiq; nondum Cives I. nec tales esse volunt civitatibus Imperialibus invitis dari possint?

seu:

An Postæ Cæsareæ Magistrum Norimbergæ habitantem ibidem Civem esse, oneraque civica ferre oporteat?

Quam quæstionem negat quinque nixus rationibus, quarum *prima*, Observantia seu consuetudo, *secunda*, Illustrissimi & excellentissimi S.R. Imperij Comitis de Tassis, S.C. Majest. Camerarij & Magistri Postarum hæreditarij Generalis &c. Promissio senatui facta, *Tertia*, extraneorum postarum administratorum & quidem Catholicorum, belli tempore introductio, *Quarta*, Norimbergensium in Anno Christi 1624. quasi possessio & horum contra extraneos protestatio. *Quinta*, Extraneorum parendi civico senatui Recusatio & laudata Exemptio. Has singulas breviter examinabimus; Et quidem quo ad *primam*, Observantiam nempè & consuetudinem, ipsa Lubentiâ Lubentius assentimur, eam optimam rerum esse interpretem paremq; cum lege ἐνέργειαν atq; vim habere &c. Verum, quomodo ac ubi talis in hac nostra causa pro amplissimo senatu Norimbergensi militet nullus video. Ille quidem in hujus (Senatus) Refutatione informationis (meæ) wie es umb das Kayserl. Postwesen in der Statt Nürnberg beschaffen / anno 1649. congregatis ibidem Imperij statibus oblatæ se

monstrare

monstrare ait, quod Norimbergæ, longo tempore, cives cursus publici provinciam administraverint. At, cur celat silentioq; præterit, ad hæc abundè esse responsum, in nostris Replicis in secuto anno 1650. editis, quarum rubrica ut paulo ante dictum, habet:

Cur, inquam? in promptu causa est, Ne audiatur & altera pars, contrà quàm omnes boni & justitiæ amatores sinceri volunt Ignorâsse enim Knipschildium has Replicas, verisimile non est, cùm & informationis & jactatæ Refutationis tam egregiam habeat cognitionem, sed ex dulci Nummicupio, (fünff und zwantzig Reichsthaler zur Verehr- oder Dancksagung (Von dieser und jener Reichsstatt) zuerlangen/ dubio procul adulari voluit Senatui, Cæterum, observantiam seu consuetudinem quod concernit, constituére quidem Imperatores Valentinianus, Theodosius & Arcadius, *in l. 14 C. de curs. publ lib. 12*. Publici cursus exhibitionem pro locorum consuetudine vel Curialibus vel cohortalibus committendam esse. Sed nil hæc lex pro Senatu aut civibus Norimbergensibus facit, primum enim, isti non è curialium aut cohortalium numero cœtuve sunt, quibus res cursoria Imperatorum mandato, unquam fuerit commissa; Deinde nil cantat d.l. de consuetudine quam Cohortales Curialesve ipsi sibi introducunt, sed quam Impp. horumque præfecti prætorio, alijq; Ministri præcipui incepêre ac magis, magisq; introduxére. Tertio non nisi plaustrorum exonerationis & angariarum facit mentionem, testante glossâ, nec

non Luca de penna, Sebastiano Nævio *in system. select. in hanc legem* Anton. Corset. *Singular.* 201. *Vocula* ONUS. Rosenthal. *F.c.5.concl.70.& alijs*; Quartò quod mantissæ loco ac perfunctoriè duntaxat datur, notum est, Codicis LL. non nisi ad consultationem præsentis facti speciem conscriptas esse, è quibus proinde argumentatio ad alios casus applicanda, sumi haud potest.

> Decius *in l.emancipata n.* 19. C. *Qui admitti*, Hunn. *ad volum. disp. poster.* Treutler. *quæst. tot. thes.* 7. V.W. Forst. lib. 2. *obs. succis. c.* 24. *G. Mund de diffam. c.* 4. *n.* 24. *& de muneri b.& honorib. c.* 6. *n.* 29.

Porrò, observantia & consuetudo ut sit valida esse debet primùm, non interrupta.

> *l. Sua possessione* 25. *ff. de usucapion.* Werthheimische *acta contra* Würtzburg. *c.* 6. *(mihi pag.* 115) Carpzov. *in jurispr. Forens. part.* 2. *constit.* 3. *defin.* 22.

Sed Norimbergensium talis non est, quamprimum enim (& quidem mox post duos Postarum Magistros Cives, quos ex merâ sua gratia & libero arbitrio Magister summus & generalis hæreditarius constituerat,) ipsi sub civitatis velamine inanibus præceptis ac jussibus suis Postæ Magistro ibi loci molesti esse, imò in captivitatem eum ducere (exemplo Virgilius Egen & Postæ Magister & Civis Norimberg. est) posteaque suo

Marte,

Marte, vivo adhuc Egen / Suecici tumultus tempore (quo multis illud : *Quodlibet*, *licet*, arrisit) Georgiū Gratwohl / suggerere ac defendere ausi sunt, sacra Cæsarea Ferdinandi secund. Majestas hunc suum ministrum Egen/posthabitâ omni civis qualitate per Rescriptum imperatorium in libertatem vindicavit, ac postea cum subscripsissent Norimbergenses Transactioni Pragensi (adeoq; NON tempore aut ratione belli, SED jure & ordinariô modô) sub 20. marcarum auri puri, pœnâ mandavit, ut Magistratus desisteret, Postarum Administratores deinceps turbare.

Deinde, legitimo eoq; longo tempore continuata. Besold. *part.6.conf.274.n.15.* Verum, nec hac gloriari potest Norimbergicus Senatus; tametsi enim viginti annorum possessionem jactitet, nempè ab anno 1615. ad annum 1635. duos tamen cives duntaxat toto hoc tempore numerabit, quo sacra Cæs. Majestas, non ut cives Noricos, sed ut Ministros suos Cæsareos habuit, indeq; eos vel statim in initio, vel prout factum est anno 1616. à Civibus segregavit, liberoq; Cursus publici exercitio frui voluit, sequenti ad Norimbergenses emanato rescripto: Matthias von Gottes Gnaden erwöhlter Römischer Kayser ꝛc. Als sich etliche vornehme Churfürsten und Stände des Heil. Röm. Reich / unser am dato 26. Junij nächst verwichenen 1615. Jahrs gethanen Erinnerung und Ersuchung / wegen Anrichtung etlicher Neuen / uns und dem Heil. Reich dienlichen extraordinari-Postwerck / zu unserem gnä-

digsten Wohlgefallen und Belieben / auch ihnen und dem Heil. Reich ins gemein zum besten / in verhoffendem gebührendem Gehorsamb und Schuldigkeit bequemet / so hätten Wir Uns eines solchen zu euch nicht weniger unzweiffelich versehen. Wir vernehmen aber deme zugegen / mit sonderbarer Befrembdung und Mißfallen / daß ihr des Edlen unsers General-Postmeisters im H. Reich und Nieder-Landen und lieben Getreuen Lamorals Freyherrn von Tassis, in unserer und des heiligen Reichsstatt Nürnberg bestelten Verwalter / die Einnahm und Abgebung der dorthin ahnkommenden Pacqueten und Brieffen / nicht nur bloß und schlechtlich sondern bey ahngetroheter Straff verbotten / und solches / den Ewerigen zuzuwenden / euch underflanden / daß können und wollen wir euch / zu Veracht- und Schmälerung des Uns zuständigen und befreyeten Postregals / damit wir obbesagten Freyherrn von Taxis, wie sich gebühret / allbereit ordentlich investirt und belehnet / eben so wenig gestatten und nachgeben / als fast obberührt ewer unziemlichen Anmaß- und Verwiederung euch gegen einem solchen gemeinnutzigen Werck / deme ihr der Ewerigen privat-Nutz vorzuziehen gedencket / mehr verweißlich als verantwortlich ist / Euch darauff hiemit ernstlich und endlich befehlend / daß ihr obgehört unser Erinner- und Verordnung / eben so wohl als vor obbesagten mehrern Ständen des Reichs geschicht / underthänigster Gebühr und Schuldigkeit nachlebet / mehrgedachtem General-Postmeister Lamoral Freyherrn
von

von Taſſis und deſſen jetzund künfftigen Amptsverwaltern / in frey und ungehinderter Exercirung / ſeines von des verliehenen Regals des General-Poſtmeiſter-Ampts und was demſelben anhängig / nuhn hinfüro / weder auff obverſtandene oder andere Weiß / wie ſolches immer zugehen und geſchehen könte oder möchte nicht allein keinen einigen Eintrag / Verhinder- und Beſchwerung/auch der ewigen Verzeihung zufüget/ oder zu geſchehen geſtattet / oder nachſehet/ das jenige ſo fürüber gegangen / ohne Außflucht und Verweigerung / den Nächſten würcklich abſtellet / ſondern zu gehörendem gemeinnutzigem effect, vielmehr allen guten Vorſchub/ und Hülff erweiſet / auch in obgedachter unſerer und des heiligen Reichs-Statt Nürnberg bequeme Wohnung und Gelegenheit gönnet und verſtattet / damit ja von uns ewer ſchuldiger Gehorſamb hierinnen würcklich verſpüret werde / ahn dem vollbringet jhr / zu ewerem ſelbſten Glimpff und Beſten/unſerm verahnläſig-ernſten und endlichen Willen und Meinung/denen Wir ſonſten mit Kayſerlichen Gnaden geneigt ſeind. Geben zu Prag den ein und zwantzigſten Januarij / Anno tauſend ſechshundert und ſechtzehen.

Ad hæc, deductis à viginti annis, ijs, quibus bellum Germanicum inchoatum finitumque fuit,& jus cum justitia in totum ferè exulavit, vix triennio vestita incedit civica consuetudo, & cum Belli tempore præscriptio dormiat. C. *Ex transmissa* 10.*de præscript.* Rutg. Ruland. *de Commiss.part.*4. *lib.*3.*c.n.*50. Actusq; meræ facultatis (ut hic est sacræ Cæs. Majestatis ac illustrissimi Comitis de Tassis) non vergat in præscriptionem. Wesenbec. *cons.*28. *n.*16. *& conseq. lib.*1. frustrà laborabit,quisquis adversæ partis querelam suscipiet tuendam.

Tertiò contradictorio judicio obtenta,sin secus,caret viribus, *Gloss. in* §. *Ex non scripto i. de. I. N. G. & C.* Bald. *in l. de quib. post.gloss.ff. de LL.*

At, nullubi unquam tale quid obtinuit Norimberga.Ergo &c. Quartò contra legem non introducta,

*per not.*Surd.*cons.*395.*n.*15. Oldendorp. *in cons. inter Cons. jurisconsultorum Germ. tom.*2. *fol.*291. *ubi hoc multù eleganter confirmat.*

Ea verò quam pro subjugando Postarum Magistro Norimberga venditat, cum contra qualescunq; leges, inprimis quas ex Codicis titulo de Curs.publ.ipsa (Norimberga) corrasit, ut ostensum est, testentur, solos Imperatores & quibus hi commendant, omnem dispositionem in perso-

personas, equos &c. sibi ad hodiernum usque diem retinuisse, nec ullum ulli civitati (adeoque nec Norimbergæ) juris granum impertitos; quid juris aut jussionis sibi civitas hæc polliceatur, non apparet, maximè cùm Imperator ejusmodi præscriptionem, si quæ esset, omni tempore tollere ac infirmare posset.

l præscriptio 6. C. de oper. publ. Ruin. *conf.* 13. *n.* 5. *vol.* 4. Cephal, *conf.* 40. *n.* 47. *n.* 1.

Præsertim quando justus titulus & bona fides desunt, *c. vigilanti studio X. de præscript. ubi dicitur* quòd

Nulla dierum antiqua possessio juvet malæ fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se alienа noverit possidere.

Quintò, alius jus non absorbens, hoc enim faciens, rejicienda venit, *arg. l. venditur,* §. *si constat. ff. comm. præd.*

Prætensam autem Norimbergensium consuetudinem, liberam potestatem & jus cum Cæsaris tum Feudatarij Excellentissimi puta Domini Comitis de Tassis prorsus in se transferre, eoq; superiores fraudare, vel saltem non nisi bene deminutū ijs relinquere quis nō videt, in-

tentionem Noricam qui hactenus observavit? ut proindè refutantis protestatio *pag.* 15. Facto nimis sit contraria.

Sextò, Actuum frequentia vallata, quam pro se allegare Norimberga nequit, ut quæ ipsa duorum tantum actuum meminit; notum autem est illud: una vel altera hirundo non facit Ver, sive ut Italicum habet diverbium: un fiore non fà ghirlanda.

Ante omnia tandem, Septimò, consuetudo contra Principis Regalia & Reservata nulla valet.

c. Venientes de jurei. gl. c. 1. *de* Cleric. *agrot. lib.* X. *gl. c.* 1. *de fil. presbyt.* Natt. *cons.* 179. *n.* 23.

Quemadmodum nec expressum populi statutum circa Principis Reservata (prout Posta est) alicujus est momenti. Bart. *in l. omnes populi* 3. 9. *v. princip ff. de* I. *&* I. Si non de alio cum Principe sit conventum ut in Capitulatione Cæsarea, quoad alium atq; alium articulum conveniri solet. Plura Replicæ meæ supradictæ hanc in rem suggerunt, & tantum de consuetudine seu observantia, utpote prima causa & ratione Knipschildij.

Secunda ejus causa Excellentissimi domini Comitis Ablegati & Missi per Memoriale factam Senatui promissionem crepat, per verba: das dieses Postampt (Nürnberg) durch einen daselbst angesessenen Burger solle administrirt und verwaltet werden / darauff dann erstlich im

Jahr

Jahr 1615. Johann Georg Kreid / Bürger zu Nürnberg / und nach dessen Todt Virgilius (Egen seu) Ehinger auch Bürger Anno 1625. und nach demselbigen Frantz Christoph Albrecht/ deß gewesenen Ehingers Diener 1630. und nach diesem Georg Gratwohl Bürger daselbsten/Anno 1634. zum Postverwalter verordnet worden.

Verùm enimverò, falsissima hæc sunt: supra namque monstravimus, non præter duos, nempe J. G. Heid & Virgil. Ehingern fuisse cives, è peculiari gratia Magistri Postarum Generalis ad cursus publ. administrationem promotos, reliquos autem duos, Franciscum Christoph. Albrecht scil. & Georgium Gratwohl/ ab eodem domino Comite Generali & ejus Domina Matre Vidua Curatrice pro suis ministris nunquam fuisse agnitos, utpote qui vel seipsos intruserunt vel à Senatu Norinbergensi illegitimè ac de facto fuerunt vocati, cui (Senatui) tamen nullum in Cursus publicos, jus unquam fuit, aut etiamnum est, sed hoc omne atque totum Domino Comiti de Taxis à me meritò attribuitur in Refutatione *d. pag.* 11. per verba irrefutabilia hæc: die Post/ sampt Persohnen und was mehr darzu gehörig / ist eines Römischen Käysers/ wie aller Königen und Potentaten hohes Regal / darüber die Statt Nürnberg / in einigerley Weiß nicht zu disponiren, noch wie Roß oder Mann / Herr oder Diener / Knecht oder Jung qualificirt und conditionirt seyn soll / vorzuschreiben hat / 2c. Rectè itaque & absque omni

errore, J. H. Stamler, *in Acroamate seu novo de reservat.* Imperatoris *Romano- Germanicis* §. 48. *n.* 5.

Postarum Institutionem non tantum simpliciter ad jura Majestatis, sed insuper ad Reservata quoque imperatoria retulit, atque Hippolithi à Lapide livorem ac inscitiam subnotavit, Nec ipse adversarius noster Knipschild, hæc diffiteri audet, Cursuum publicorum sive Regiorum, vulgò Postarum institutionem & confirmationem soli Imperatori tribuens, *d. lib. 2. c. 4. n. 62. ex* R. A. zu Speyer *de anno* 1542. §. und damit man auch jederzeit/ *itemq; l. nullus & t. t. C. de Curs. publ.*

Rem autem cum Albrechto & Gratwohl ita, ut asserui, se habere, facti notoritate constat dann (verba pag. 33. & 34. Replicarum mearum sunt, quæ omnia Knipschild omninò celavit) vom General Postmeister-Ampt nachdem Virgilius Ehinger rude donirt worden / kein Albrecht oder Gratwohl / sondern Gießbert du Bois, das Ampt ordentlicher Weiß angetretten / nach Außweisung beyder von Frauen Alexandrinen de Rye, Gräfin zu Taßis/an den Rhat zu Nürnberg und Virgil. Ehingern sub dato Brüssel den 3. und 15. Septemb. 1635. deßwegen abgelassener Schreiben. Fingamus verò Dominum Comitem de Tassis vel alium ejus nomine Feudi hujus administrationem ita coarctasse, ut non nisi

nisi Civibus Norimbergensibus Postarum esse Magistros imposterum liceret, coarctatio tamen hæc tam invalida foret, quam quæ invalidissima, cum Vasallus dominum sine ipsius consensu obligare nequeat, meliorem namque, non deteriorem feudi sui, cujus utile tantum dominium habet, conditionem facere potest.

Jul. Clarus §. *feudum quæst.* 47.

Tertia, extraneorum Postarum administratorum vel Magistrorum & quidem Catholicorum, Belli tempore introductionem esse vult Knipschildius, annis 1635. 1643. 1646. durantibus belli tumultibus factam; sed ficulnea hæc querela est; quid enim aliud fecit Illustrissimus Dominus Comes de Tassis, quam quod sibi licuit, quoque vi feudi ac privilegij Imperialis adeoque de jure cum belli tùm pacis tempore & potuit & debuit? Rude donato Ehingero subordinavit anno 1635. Gisbertum du Bois virum honestum, quem defunctum post multos annos, nempè anno 1643. secutus est Jacobus de Febuers ex inferiori Germania, & hunc demum piè hinc migrantem, Postis Norimbergensibus Præfectus est præsens Dominus Johann Abondio Somigliano, in superiori nostra Germania, & natus & educatus, vir plenus humanitatis nec non pacis amantissimus. Quoniam itaque Tassiani jure suo hactenus fuerunt usi, nulli profectò fecêre injuriam; quippe Imperatoriâ authoritate pe-

nes

nes ipsos solos est eligere quos volunt, sive Cives sine non cives, nec audent hiscere Norimbergenses, aut dicere, Comes de Tassis &c. (nedum Imperator, Cæsar &c.) quid facis? utpote quorum tanquam subditorum est, non aufferre, sed dare Cæsari quæ sunt Cæsaris, monito Regis Regum Matthæi c. 22. eique ut Domino, obedire, non reniti.

Improbat Knipschild lib. 5. c. 3. n. 45. invidere Civitatibus suam à Cæsaribus adeptam libertatem & privilegia; improbo idem Ego, sed improbo simul, invidere civitatem Imperatori jus & potestatem eximendi, ne dicam, decumanam esse sive ingratitudinem sive rusticitatem, *Imperatorem*, facere velle *Impetratorem*, ac ne quidem UNUM apud se pati velle exemptum in gratiam atque amorem ejus, qui tot centum, imò tot mille cives immunitatibus ac privilegiis longè majoribus donare, non denegavit.

Cæsar potest dignitatem alicui etiam nullam habenti ita conferre, ut faciat eum Comitem, Nobilem &c. asserit & fatetur Knipschild, *d. tr. p.* 277. *a.* At si hoc, cur non poterit eum facere ac constituere Postæ suæ Præfectum eumque eximere à Civicis oneribus? qui majus potest, minus etiam potest.

Instas, neutiquam extraneos modò, sed insimul Catholicos constituit? ita licet, ita decet, Catho-

Catholicus enim ipse est & quos vult, modo ei & Romano Imperio sint obstricti, constituere habet, adde, quod TransactioPassaviensis cum instrumento pacis Acatholicos cum Catholicis tranquillè vivere seque invicem tolerare jubeat.

Ad quid verò tam molestè solicitus est Knipschild de Religione, cum ipse Refutationis supradictæ Autor non-Catholicus, scribat: Es seye der Statt (Nürnberg) umb die Religion nicht zuthun / sondern möge der Postmeister Catholisch oder Lutherisch seyn / wann er nur Bürger? Quicquid tamen sit, Postæ Præfecti in urbe Norinberga Calendis Januarii 1624. Catholici fuere, non Lutherani aut Calviniani.

Quarta, Norinbergensium in d. Anno 1624. possessionem & contra Extraneos protestationem fingit. Sed quis in possessione vel quasi Cursum publicum in Imperio instituendi sit, hactenus abundè ostensum est, solum nempè Imperatorem esse, non alium Germanicè principem, Comitem aut Civitatem nullam idque cæterarum Regum, cum antiquorum recentium omnium more & consuetudine, contra quorum Regalia aut Reservata, sicuti nulla valet præscriptio ita nec ulla locum reperit protestatio.

Quinta & ultima Extraneorum parendi civico Senatui recusationem & exemptionem prætendit: ast, ô bellam prætensionem! Ecquis namque tam stolidus est, ut, instar servi illius Plautini Cyathos digitis dinumerantis, si sibi libertate

bertate frui detur, se submittat, atque pareat illi, cui parere de jure non tenetur? sat Magistratus ipsi Imperator est, huic si probè paret, nullum unquam ulli Civitati imperiali vel minimum inferet damnum, unde nec erit, quod Civitas metuat. Si qui tamen ejus vel alius Civitatis Cives sibi malè conscij reperiantur, quales forsitan sunt quibus debita erga Cæsarem obedientia verusque Amor, in saliva tantum hæret, non in corde die sich am *vivat Imperator* nicht gern heiser ruffen) ij & morsum conscientiæ & inde secutum infortunium ipsi sibi imputent, non Postarum Magistro, vivo probo, pacifico, Cæsari fideli.

Quam ingenti, itaque ausu suam è morbida radice oriundam disseminavit opinionem Knipschildt, tam constanti animo cum bonâ causa suâ, tum potentissimi Cæsaris tutamine & vindicta fretus, Postarum Præfectus ne latum unguem cedat aut transactioni sive (ex adverso nuper petito) contractui interemistico (Einem Interims-Vergleich vel Interims Abhelffung) locum relinquat, ne forsan non sibi solum, sed & Cæsareæ Majestati ac alijs ullatenus præjudicet, inque malum non leve aut joculatorium, sed præsenti cogitatione majus incurrat.

THEORE-

THEOREMA. XII.

SUMMARIA.

1. *Viarum commoditas.*
2. *Viarum diversitas tempore æstatis & hyemis.*
3. *Securior via calcanda.*

COmmodas pro Postis vias, quærere ijs licet. (*a*)

(*a*) Hocque non minus ac omnia alia in Reip. salutem & Cursoriæ incrementum seu commodum, quo enim viæ sunt commodiores, hoc cursus absolvitur citius & lucrato tempore unusquisque beneficio postarum, ea nanciscitur, quæ debet. Stultum namque est, nullâ necessitate postulante, 1

Ire per ambages cum sint compendia præsto!

Sunt & æstatis tempore aliæ viæ commodiores, quam hyemis, aliæ hyemis quàm æstatis, ita ut huc referri queat ille versiculus 2

ἀλλὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν λειμῶνι,

i. Alia æstate fiunt, alia hyeme. Semper itaque via brevior eligenda, nisi sit suspecta; quo casu per longiorem eundum, *Bartol. in l. veteres* 4. *ff. de itin. actuque priv. quem citat* Fr. Ripa *de pest. c.* 5. *n.* 88.

Secu-

Securior namque via potius calcanda, *idem*
3 *Bart. in l. continuis* 137. §. *cum ita in fin. ff. de V.O.*

Theorema. XIII.

SUMMARIA.

1. *Viæ quotuplices.*
2. *Via publica quæ.*
3. *Viarum publicarum quæ olim cura.*
4. *Quæ hodie jura.*
5. *Cursores publici qua via uti possint.*

NEc tenentur Regiâ seu publicâ uti viâ. (*a*)

1 (*a*) Viæ vel publicæ sunt, vel privatæ quæ agrariæ nuncupantur, vel vicinales quæ in vicos ducunt, *d l.* 2. § 22. *ne quid in loc. publ.* Publicæ sunt, quarum solum est publicum, *d. l.* §. *ait prætor.* earum enim solum publicum est relictum ac directum certis finibus latitudinis ab eo qui jus publicandi habuit, ut ijs publicè itetur, commearetur, *Arnis. de jur. Mai min. c.* 5. Rosenthal *de F.*
2 *c.* 5. Arg. l. 21. ff. publicæ viæ dicuntur, quæ ad Rempublicam Romanam pertinent, vocantur alias prætoriæ, consulares *d.* §. *viarum Militares l. fin. ff. de loc. & itin. public.* basilicæ h. e. regiæ German.

man. Reichsstraß/Landstraß/ Kàyserl. freye Heerstraß / tametsi in principum territorijs habeantur, ijsque jus delicta in illis patrata juxta illud :

Ad male patrata si atra Theatra parata : puniendi competat: Speckh. *cent.* 3. *concl.*2.*qu.*9. supremum tamen Dominium Imperatoris est, quare inter regalia numerantur, 2.*F.*56.Frid. *d.t.* *n.*12. de via Regia & consulari vide Schneidevv. *in Instit.*

Earum viarum tanta olim ab Imperatoribus habita fuit ratio , ut certi haberentur curatores, velut etiamnum in Gallia peculiaris Regius Magistratus qui *Ministres de ports,passages & Chemins* dicitur, *Sixtin. de regal. lib.*2. *c.*2. *n.*15. Hujusmodi Curatorem Augustus generum suum Agrippam esse voluit, *teste* Suetonio *in ejus vita.* 3

Unde meritò laudantur verba illa Hassiæ principis Philippi : **Man soll einen Fürsten kennen bey reiner Straſſen/guter Müntz und Haltung beschehener Zusag**

Warem. ab **Ehrenberg** *de Regni subsid. c.*5.*n.* 37. Sixtin. *loc.cit.n.*34.

Horum exemplo omnes viam publicam, vel è concessione vel præscriptione habentes,ea omnia curare debent, quæ ad ejus faciunt securitatem, quo à pravis hominibus (modo sint digni hominis vocabulo) purgetur,nec à Latronibus, plagiarijs , prædonibus & Furibus infestetur. 4

Warem. ab Ehrenb. *alleg.loc.* Arum *ad A. B. c.*1. *th.*11.*disp* 1. Gail. *lib.*2.*obs.*64.*n.*2.3. & 4.

voluerunt insuper Impp. vias regias in Regalium esse serie,

c. unic. quæ sint Regal.

Jure Saxon. perindè ac jure communi viæ latitudo octo pedum esse debet,

Weichbild. *art.*129.*l.*8 *ff. de S.P.R.*

quod tamen an de vijs publicis intelligi debeat aut possit dubito, quippe tam late debent esse ut Currus obvii sibi invicem cedere queant, sic quantumvis jure Saxon.

*LandR par.*2. *art.* 59.

constitutum sit, quod vacuus currus onusto debeat cedere & equus currui, quique posterior ad pontem venit ei transitum permittere, qui prior in ponte fuit

Zobell. *in diff. jur. Sax.* Saxon. *l.*2. *art.*46. *p.* 389.

Ne tamen cursus publicus impediatur, omnes tenentur ei cedere, in his perpetrati criminis (velut homicidij) cognitionem & executionem ad illum, qui jus regale in ijs habet, spectare censeo,

Cum Borcholt. *lib.*2. *F. ad lit. Quæst. reg. n.* 25. Zang. *de Except. p.*2. *c.*1. *n.*9. Joach. Boult. *in l. admonendi. ff. de jurej.* Thom. Michael *concl.*50. *de jurisd. imper.* Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. c.*5. *n* 165.

non qui circumquaque territorium & in eo jurisdictionem fovet,

uti Pet. Jac. Aurelius *in aur. pract. libell. rubr.* 12. *n.* 67. *& seq.* Alciat. *ad l. paries* 157. *ff. de*

ff. d. V.S. Cœpoll. *de servit. rustic. præd. c.* 3. *n.* 32. Bocer. *de Regal. c.* 2. *n.* 145. *opiniati sunt.*

de his plura legere habes c. 21. Theorem. penult. & ult.

Vocata in dubium publica via, non sufficit per testes docuisse, publicè & vulgo ab omnibus & quidem longo temporis spacio per locum aliquem itum esse,

Bart. *in l.* 1. §. *summa ff. de his qui Reject. vel* Cœpoll. *ibidem*, Calvac. *decis.* 3. *n.* 66. *l.* 5. *addens, etiamsi totus mundus per aliquem ivrrit, tamen non esse viam publicam.*

sed requiritur primum, ut via pro publica habeatur h. e. ut per eam publicè eatur, dein, ut solum sit publicum, denique ut euntes in oppidum, villam vel Coloniam ducat, sic ergo, ut disticho comprehendam:

Publica colligitur via tunc, si publica habetur,
Publica si tellus, quæ & euntes ducit in Urbem.

Hac publica regia & consulari via, principum Legati non incedentes, sed, quo diutius in Legatione stent, plusque lucrentur, per vias transversas & indirectas vadentes, pro tanto tempore salarium nullum accipiunt,

per optim. text. in l. nen solum 10. *ff. de excus. tut.*

contra apparitores & nuncios, quibus solvitur merces, ad rationem milliarium, ut attendenda sit via recta & usitata. *Juxt. l. rem non novam* 14. *C. de jud.* & nihil pro circuitibus habere debeant, *facen*

cit text. 4. in l.veteres 4.& ibi notat. Bart.*ff. de itin. actuq; privat.*

illudque adeo veritati est congruum, ut, si vel Electores aut nuncij eorum ad Comitia imperialia proficiscentes insolitam viam, cujus conductum petere neglexerint, ingrediantur ac spolientur, Dominus territorij, ad damni emendationem teneatur

> *Aur. Bull.tit.* 1.*vers.* Wir wollen/*ibi.* auch den Weg/den er reysen will vorkündige und anzeige Arum.*hic.c.*1.*th.*22.

5 Tametsi igitur per cursum publicum iter faciens ab itinere recto deflectere haud debeat, eam tamen viam regiam tenere oportere inde non sequitur, quippe quælibet via Postis commodior & ab harum præfectis seu Magistris electa via recta est, recteque recta nuncupatur, *German.* Poststraß/ Postweg/ Poststeige. Sed quid, si hoc casu Robariam patiatur à prædonibus? putanè ego, quemadmodum Cursore in via regia manente territorij Dominus censum accipiens, & salvum conductum indè promittens, damnum resarcire habet,

> *R.I. de anno* 1555. §. Nach dem aber ein jeder Churfürst. *& de anno* 1559 *§.* damit dann die Obrigkeit. Gail. 2.*obs.*64. Klock.*Diss. de jure vectig.th.*78.

ita si deflectat, ut commodiorem eat, ipse damnum meritò sustinet.

THEO-

THEOREMA. XIV.

SUMMARIA.

1. *Usus equorum publicorum qualis.*
2. *Quibus concedendus.*
3. *Quibus mercatura prohibita.*
4. *Privilegium eorum, qui equo publico in causa publica vehantur.*

NEc Vilis conditionis homines admittere cogitur Postæ Præfectus, ut cum Cursore postæ beneficio utantur equitando, quando ordinarios litterarum vehit fasces (a)

(a) Quemadmodum faciliori negotio in stativis unus adornatur equus Cursorius quam plures: ita ut plurimum tardatur Cursor in Cursu suo publico, quemcunque etiam hominum sibi associari patiatur. Aliquando tamen vel principis summi. res fert, ut missus publico ordinarioque cursu utatur, quandoque alij in dignitate constituti, eo indigent, quibus utique promptius gratificandum, quam vilis conditionis & status hominibus, quales non solum sunt rustici (qui non debent vesci 1 2

 pane

pane albo, pullis & alijs cibarijs, sed pane atro, caseo & cepis atque fabis, *gl. in l. serv. urbanis 99. super verb. cibarijs ff de LL.*)

sed & opifices & mercatores, utpote quorum vitam virtuti adversam dixit Aristoteles, *politicor. c. 9.*

3 Hinc & nobiliores natalibus & illustres etsi ab emptionibus necessariorum vel immobilium non arceantur, vili tamen negotiandi exercitio prohibentur, *per l. 3. C. de commerc. & mercat.* Quare & militibus *l. milites c. de loca. l. milites C. de re milit. lib. 12.* & Palatinis, *l. fin. C. de rescind. vend. l. ferinarios, c. de Numerar. & Actuar. lib. 12.* negotiatio interdicitur, Et generaliter indigna & à probis honestisque viris semper aliena visa est negotiatio, quæ turpis tantum lucri causa exercetur, Gregor. Tholosan. *Synt. jur. lib. 25. c. 18. n. 8.*

Videant ergo Doctoreis insigniti honoribus, quomodo se exculpent, qui dictam ob causam non modo vinum & frumentum, sed & butyrum, sclopeta, hastas, amazonias, &c. emunt atque vendunt, cum non nesciant, lege negociatores hos ab officijs provincialibus, *l. si cohortalis C. de cohort. lib. 12.* à militiæ sacramento *l. 1. C. de negotiat. ne milit.* & ab omni ferè dignitate *l. ne quis C. de dign. lib eod.* summoveri. Thebani neminem ad Reipubl. munia suscipienda judicarunt habilem, nisi decennium à mercatura destitisset. *Aristot. 3. Politicor. 3.*

Tullius

Tullius sordidos existimavit mercantes à mercatoribus, 1. offic. Plato longè à maris portu urbes esse ædificandas voluit, ne commercijs cives sese dedant; quod Civitas cauponando cum mercibus & divitijs repleatur moribus infidis & detestabilibus, fiantque cives dolosi animis *in princ. lib.* 4. *de LL.*

sed hæc ego de abusu intelligo, ut monopolijs & alijs in Rec. Imperij vetitis, non bono commerciorum usu. Quicunque autem equo publico in causa publica vehuntur non sunt in jus vocandi 4

l. 2. *ff. de in jus vocand. de cujus textus varia interpretatione V.* Speckhan. *cent.* 2. *cl.* 4. *c.* 6. Parlador. *l.* 2. *c.* 9. *p.* 305.

THEOREMA. XV.

SUMMARIA.

Cur nemo equo publico utens, cursori publico præcurrere audeat.

CUrsori publico, nemo equo suo præcurrere audet. (*a*)

(*a*) Moris enim & consuetudinis est, ut, si ejus, qui cum cursore publico equitat, equus animam efflet, pro eo non satisfaciat, modò cursorem semper fuerit secutus; sin verò antecurrerit,

solvere equum teneatur, modò non ex morbo naturali equum cecidisse probari queat, quem nullus præstat. *l. 23. de R. J. nisi culpa præcesserit.*

Hoc cum experientiâ clarum sit, pluribus non demonstro; etenim Sol facibus illustrari non debet. *c. si omnia 6. quæst.* 1.
& è D. Justiniani consilio, melius est pauca effundere, quam multis & inutilibus lectorem prægravare, *in l. 2. vers. sed etsi forsan C. de V. I. E. B.* Berlich *de jur. nov. er. acqu. art. 2. §. 9. in princ.* præsertim cum hac de re uberiùs supra c. 7.

Theorema. XVI.

SUMMARIA.

1. *Nemini cum alterius detrimento consulendum.*
2. *Publica utilitas privatæ anteponenda.*
3. *Propter publicam utilitatem res seu bona alterius auferri possunt.*
4. *Equus tali modo ablatus solvi debet.*

QUod si ejus equus aut morte pereat, aut rapiatur, eum equum, cujuscunque in itinere copiam habere potest, insilire ipsi licet, ne in functione publica sua impediatur. (*a*)

Durum

Durum equidem hoc videtur, cum primarium juris præceptum sit, alium non lædere, *§. 3. l. de I. & I.* & nemini cum alterius detrimento consulendum, *l. nec avus. C. de Emancip. lib.* iniquum, de alieno facto alium juvare *l. Marcellus* 11. § *ff. de act. rer. amot.* nemo cogi possit, 1

per text. in l. 1. & per tot. C. ne quis liber. invit. act. Reip. ger. cog. lib. 11. & per tex. in l. 1. C. de ope à collat. non exig.

Unde *per hunc text. intellige*, dicit glossa: neminem ad commodandum equum vel bovem Reipubl. ad aliquam aliam angariam vel parangariam: Verum enim verò, si non est æquitatis privatæ, publicæ tamen est; hinc, ubi vel Principis vel 2 Reipubl. multum interest, alienum equum accipi posse, non vereor asserere cum adsydera usque notum sit, *uti Casp. Klock aït. de contribut. c.* 8 *n. 18.* 3 propter publicam utilitatem res seu bona posse auferri, *l. item si verberatum* 15. *§. 1. & 2. ff. de R. V. cum similibus*, & publica privatis præferenda, *l. 2. C. de Navib. non exc. lib.* 11. ubi propter Reipubl. necessitatem cujuslibet privati naves, vel eo invito, capere conceditur, & per illum textum dicit, Mar. Laud. *tract. de libello vers. 23.* quod promittendo bladum, vinum & similia ad exercitum, possint capi boves, plaustra & reliqua animalia subditorum, *per text. in l fin. §. patrimonium ff. de muner. & bon. & ibi Barthol.* & si subditi non habeant animalia, cogi queant emere & Reipubl. commodare, *secundum* Bart. *& Joh. de plat. in l. non videtur* 4. C. *de muner. Patrim. lib.* 10.

imo plaustra & animalia pro conducendo vectigalia ad locum pestiferum ab invitis cogi possunt, *Reip. de pest. c. 4. n. 123. ad idem facit tex. in l. ff. de pignor. art.*

& cogi potest civis commodare suum roncinum vel asinum pro conducendo falsarium minatum per civitatem, vel propter trahendum malefactorem ad caudam roncini, *ut per hunc text. dicunt, ibi Aleric. de* Rosat & Bartol.

Poterant cursores publici (ut refert Stephanus) obvios quosque viatores, aut etiam eorum equos vel naves ad usus suos derivare, sicut etjamnum possunt Zausij seu Postæ Turcarum, quando ita res ferunt: id quod apud nos non fit, ab ipsis postis seu Cursoribus, sed jure cujusdam vectigalis, quod ἀγγαρεία vocatur, inquit Brissonius, de quo vectigali pandectæ *de vacat. & excusat. mun.* nec non Herodotus *lib.* 8.

Æquissimum tamen est ut Equus pro cursu publico ita arreptus vel totus vel pro usu, quantum par est, solvatur. Alia autem ex causa, si nempe necessitas Reip. non urgeat, equum vel nullum abducere non licet, violentia enim est, *facit auth. agricultores C. quæ Res. pign. oblig. poss.* Ita, qui boves aut agri instrumentum aliquod violenter ceperit, invaserit, abstulerit, in quadruplum tenetur rustico, notamque infamiæ ipso jure incurrit, & nihilo secius judicis arbitrio mulctari potest.

THEORE-

THEOREMA XVII.
SUMMARIA.

1. *Jus venandi hodie inter regalia computatur.*
2. *De quibus Regalibus id intelligendum.*
3. *In generali infeudatione jus venandi non conceditur.*
4. *Secus si Regalia in genere concedantur.*
5. *Dominus sylvæ non potest incidere arbores cum jactura venantis.*

REi curſoriæ officia quædam (Haupt-Poſtämpter) jus venandi aliquando habent (*a*)

(a) Veluti Rheinhuſianum & alia: venandi autem jus, Jagt/Wildbahn / etſi jure communi inter regalia non numeretur, conſuetudinario tamen hodie numerandum venit, 1

Heig. *qu.* 15. *n.*45. Pruckman. *in §. venatio. c.*1. Knich. *de Sax. non prov. jur. c.*5. *n.*169.

quamvis de eorum regalium genere non ſit quæ principi ſummo in ſupremæ poteſtatis & præeminentiæ ſignum reſervata ſint. Sixtin. *de regal. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 54. 2

hinc Bernhard. Sutholt. *in coroll.* 4. & 5. *diſſert.* 4.

ait:

ait: jus venandi principes hodie sibi fecerunt proprium non per præscriptionem, sed jure superioritatis, (neque autem ideo jus venandi ad Regalia recte refertur) in investituris enim quibus regalia conceduntur, ejus quoq; inter illa mentio fit;

Colleg jurid. Lips. *inter consf.* Modestin. Zoannet. *de dubl. venat. n.* 90. Sixtin. *de Regal. d. c.* 18. *n.* 87.

3 generali tamen aliquâ concessione seu infeudatione venatio, cujus specialiter non est facta mentio, non comprehenditur, Schrad. *de F. part.* 3. *c.* 4. 47. Knich. *de jur. territ. c.* 7. *n.* 90.

nec licet, meri & mixti facta sit imperij concessio, Rosenth. *de feud. c.* 5. *concl.* 94. *n.* 8. Mynsing. *respon.* 1. *n.* 96. *decad.* 11. multo minus, ergo jus Foresti, das Forstrecht/ea comprehendetur, Ruland. *d. p.* 4. *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 13.

cum jure venandi majus & potentius sit, simul jus prohibendi & mulctandi complectens, *idem d. l. c.* 7. *n.* 43. qua tamen concessione generaliter &

4 indefinitè regalia veniunt, venatio etiam continetur,

Meichsner. *decis. Cam. imper. tom.* 1. *lib.* 1. *decis.* 32. *n.* 11.

& non minus præscriptione temporis immemoralis, quàm concessione acquiritur,

Zoann. *de duplic. ven.* 82. Seb. Medices *de venat. pisc. ac aucup. part.* 2. *qu.* 1. *n.* 1. Gail. *obs.* 66. *n.* 8. *lib.* 2.

5 nec potest sylvæ dominus incidere arbores cum jactura & damno jus venandi habentis, quin

quin hic mandatum sine clausula impetrare queat,

idem lib. eod. obs. 64. n. 8. ubi diversa Cam. Imperialis praejudicia allegat.

etsi ligna ad usum vel refectionem aedificiorum vel aliam ob necessitatem ex ea moderatè caedere possit, *arg. l. 3. §. ne tamen i. & l. an usufr. 56. ff. de usufru.*

Eadem modestia & jus venandi habens curare debet, ne fundi domino immodicè noceat.

arg. l. cujus aedificium ff. de servit. praed. urb. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. substit.

aut messibus & segetibus damnum inferat, hoc enim meritò resarcire teneretur,

arg. l. 2 § ult. ff. si quadr. paup. fecis. dic. Geor. Mœr. *de jur. venand. part.* 1. *c.* 4. *n.* 2. Gail. *lib.* 2. *obs.* 68. *n.* 10.

aut subditos propter Bestias malè tractet, ne feudo suo privetur

Zoann. *d. tr. n.* 74. Sixtin. *de Regal d. c. n.* 75.

THEOREMA XVIII.

SUMMARIA.

1. *Equorum.*
2. *Hominum in bestias cura.*

SEd & ipsi equi Cursorij sunt privilegiati. (*a*)

(a) Expectant etiam equi sua praemia Cassiodor. *l.* 2. *Epist.* quod haud mirum est, cum tam 1

eximiè

eximiè ad ministerium hominum & promovendas varias ipsorum res faciant, atq; militibus, cum hanc ob causam tùm ob suas virtutes, elegantiam &c. impensius interdùm quam vel ipsæ uxores diligantur, veluti tubicen ille aulicus, qui etsi conjugem haberet suam, semper tamen se solummodo & equum suum curabat, dicere ac in amicorum albis scribere solitus:

Ich laß den lieben Gott walten/
Der wird mich und meinen Gaul schon erhalten:

nullâ prorsus factâ conjugis aut prolis conservandæ mentione; sunt qui eâdem ratione non solum canes sed & bestias inutiles præ hominibus depereunt. Memorabile amoris erga canem signum Genuæ in Palatio Principis d'Oria 7. Maij 1624. cum quibusdam equitibus Saxonibus & alijs vidi: in horti enim altiori parte lævâ ad Ligusticum mare, sub Jovis statua sepulchrum canis, dicto principi ab Hispaniarum Rege antea dono dati, spectatur, hoc Epitaphio: Qui giace il gran Rololaño cane del Prencipe Gio: Andrea d'Oria, quale per la sua molta fede è benevolenza fù merite nole di questa memoria, & perche servò in vita si grande mente d'ambidue leggi fù anco giudicato in morte doversi collocare il suo cenere appresso il sommo Giove, come veramente degno della real custodia; Morse anno 1605. 3. April, huora 8. della notte: similem facit mentionem Matth. Merian. de equo quodam qui Romæ debebat consul fieri.

Tract. Germ. de 4. Monarch. p. 3. 29.

THEORE-

THEOREMA. XIX.

SUMMARIA.

1. *Equi cur præmijs afficiendi*
2. *Bruta an rationem aliquam habeant.*
3. *Spiritus & anima in homine an distinguantur.*

TAmetsi bruta sint, nec perfectâ ratione dotata. (*a*)

(a) Ut scilicet quid privilegia sint, intelligant. Intuitu ergò vel Domini vel utilitatis quam afferunt, vel bonarum qualitatum quibus pollent, beneficijs afficiuntur, Cætera! quo ad brutorum rationis perfectionem vel imperfectionem, alijs 1 etiam animantibus quam hominibus rationalem seu intellectivam animam cum vera loquela asserit Porphyrius *lib.* 3. *de abstin.*

Additq; Appollonium Tyanæum, Melampum, Tyresiam & Thaletem brutorum sermones 2 dijudicasse atque intellexisse, Homeri testimoniũ Il. T. de Xanto Achillis Equo ἀνάυδα Dominum alloquente fert Galen. in exegesi ubi locum, *lib.* 3. *Epid.* Æger. 3. *st. pest.*

Explicat & discrimen inter ἄναυδον & ἄφωνον aperit, narrans ubi suis cum equis esset collocutus Achilles eorum alterum humano sermone respondisse. Brutis porrò rationem inesse Plutarchus *in Dial.* Valla *lib. Dialect. c.* 9. & Valesius *in sacra philosophia* censuerunt, allatis varijs argumentis

mentis pro quorum solutione quidam ajunt, bruta quidem intelligere, ast ex consuetudine: nec rectè tamen sentiunt, satis enim diu Asino in fune obambulandum esset, donec in eo saltaret. Quidam inter umbram rationis & inter ipsam rationem distinguendum esse, monent dicentes, illam brutis quibusdam attribui solere, non quòd in ijs ab anima rationali dependeat, sed quia similitudinem quandam cum operibus intellectivæ animæ habere videatur, eam ob causam quod à nobiliori phantasiæ gradu protuberet. Verum qui ingenuosissimos brutorum quorundam affectus atq; actiones penitus rimatur, quantumq; fieri possibile, ex hominum operationibus, ab animali facultate, per quam Medici sensitivam, motivam atq; rationalem intelligant Dn. D. Gregor. *in exerc. de animæ facult. VVitthenberg. habita tho.* 14. descendentibus metitur, vix tantum umbram vel similitudinem rationis sed unum vel alterum etjam veræ rationis gradum deprehendet. Unum vel alterum inquam gradum, nam eo modo, quo meminit Werdenhagen.

part. 1. *c.* 6. *p.* 51. *edit. Francof.*

pene discrimen inter bruta & homines omne non auferemus. Et hæc differentia, hique gradus, in nobismet ipsis perspicue elucescunt, dum alter altero prudentior, ingeniosior, & ut brevissim, ratione magis minùs que donatus. Quemadmodum enim navis mediocritate non toto genere à scapha differt, *l. fin. ff. de instr. vel instrum. legat.*

ita

ita nec ratio brutorum à ratione hominis; jucundiſſimè hac de re differentes leguntur ij, qui animam hominis cum ejus ſpiritu non confundunt, ſed pro partibus Hominis eſſentialibus primò corpus externum viſibile elementare corporeum, non ex ÆRÆZ ſed ADAMAH, terra ſcil. illa rubra & concentrata productum; Deindè animam cujus proprietates edere, bibere, dormire, guſtare, diſcernere &c. cum animantibus non hominibus communes ſunt: denique ſpiritum per excellentiam ita appellatum, imaginem Dei radium illum divinum, hominem à bruto eſſentialiter diſtinguentem ponunt, quem radium hominem illuminare, & regere affirmant, ut de rebus exactè poſtea judicare valeat, ita ut hoc radio, quoad actum ſuum exercendum impedito & Theologicè & Politicè & Phyſicè fatui fiant. De his abſtruſioribus videri poſſunt Kirchner.

in Theſaur. Biblic. Luth. de homine.

Tauler. Bôhm. Felgenhauer. Theophraſt. Proclus, Jamblich. Triſmeg. Croll. Leo de Leonibus. Tenzel. & præter alios plures anonymi cujusdam tractatulus cujus tit. Alchimiſtiſch Weizenkörnlein: quos tamen ſinguli intelligere non poterunt, cum, ut non omnia membra oculi ſunt; Claud. Salmas. *in diſſert. de fœnor. Trapezit. mihi pag.* 338. Ita non omnibus (uti nec mihi) contingit adire Corinthum.

Hic INDEX, alterque VIATOR, tertius HOSPES.

Ego de prædictis credo, quod S. Ecclesia Catholica credit, alijs suas opiniones relinquens.

Theorema XX.

SUMMARIUM.

1. *Equorum cursoriorum privilegia.*

NOn lignis aut fustibus sed flagellis agitandi. (*a*)

(a) Privilegiati sunt Equi cursorij, primum quidem ne lignis (baculis ligneis) vel fustibus (qui ipsi inter arma censentur *l. armorum appellatio* 41.*ff.de V.S.* sed flagellis tantummodo agitentur *l.*1.C.*de curs.publ.* Limn. *de jure publico, lib.*2. *c.*9.*n.*139 sub pœna arbitraria *l.*1.C. *de curs.publ.* per flagella Lucas de penna *h. t.* intelligit funiculos & secundum Papin. Virgas, cum alios equos licitum sit urgere calcaribus & crassioribus baculis, & scuticis, Cursores ergo publici nec ipsi equos durius agitare, sed, ut Veterani, à fustibus privilegiati leguntur, *l. veteranos i. l. veteranus* 3 *ff. de veteran.*

ipsis parcere eosq; leniter conducere, nec ut alij asperius justo tractent, tolerare debent, propterea; probè observare, cui equum cursorium

rium committant, an equitandi perito an vero nescio, cujus generis d. Lucas de penna ait, plerunq; esse eos, quos illiteratos Lateinische Reuter/ vocant, utpote Sacerdotes, Doctores, Magistros, &c. de quibus illud pronunciari posset:

Μάςιξεν δ' ἵππους τῶ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην. h. e.
Cadit equos scuticâ, ast illi vel sponte volabant.

Non enim debent subdi equo currenti calcaria Schneidew. *ex Zasio in* §. *induplum n.* 4. I. *de Action.* Incidit hîc mihi de equis tractanti historiola recensenda: Narranti cuidam Nobili suum equum cursorium crus fregisse, ita ut eum post se relinquere fuisset coactus, respondit quidam, cur non ligneum pedem seu crus fieri curasset, Se enim Capitaneum novisse, qui, cum quondam in bello pedem vi machinæ fulminalis amisisset, pedis lignei beneficio non minus cursum publicum perficere potuerit.

THEOREMA XXI.

SUMMARIA.

1. *Equi cursorij quomodo habendi.*
2. *Quomodo bene habendi.*
3. *Nutritio quomodo fiat.*
4. *Domini ipsius est, Equum curare.*

Præ alijs bene nutriendi (a)

 (a) Theo-

1 (a) Theodoricus Gothus Romanorum Rex, non dubium est, inquit, ad utilitatem Reipubl. cursus custodiam pertinere, per quem nostris ordinationibus, celerrimus præstatur effectus. Et ideo veluti necessariæ rei major adhibenda cautela est, ut qui ad continuos cursus constituti sunt, turpi macie non tabescant, ne jejuna tenuitas laboribus proventa succumbat & incipiat iter fieri morosum, quod ad celeritatem constat esse inventum, *apud* Goldastum, *tom.* 3, *Const. Imp.* *p.* 34.

Cursuales proinde Equi, quia perpetuis cursibus subjacent, semper bene sunt fovendi, *d.* Gold. *tom.* 3. *const. imp.* 16. *p.* 30. *&* *Const.* 110. *&* 113.

2 Nos autem per voculam BENE hîc non intelligimus magnam aut nimiam alimenti ingestionem, sed ejus qualitatem cum convenienti quantitate seu dosi & opportuno cibandi tempore.
3 pore. Nutritio ab anima vegetativa est, tanquam causa primaria, cujus opus τροφῆ χρήσασθαι alimento uti, quod nihil aliud est, quam nutritionis partibus animatis præesse. Perficitur autem hæc operatio, quando ex alimento justo modo præparato ad similitudinem aliud quiddam secundum omnes suas partes in longitudine, latitudine & profunditate quodammodo deperditum, restituitur. Non igitur nutritio in eo consistit, ut solum nova materia apponatur; sed ut appositio secundum totum, totiusque partes omnes opus est, & id hanc ob causam, quia nut

prop

propterea requiritur in partibus, ut fiat restitu-ro humidi radicalis à calore per humidum ali-mentarium absumpti, at verò cum humidum pri-mogenium in intimis & minimis quoq; parti-bus animati corporis alterationem patiatur, ne-cessarium est, ut ipsa appositio per nutritionem quoque fiat respectu omnium partium, ita ut a-limentum penitus in substantiam corporis con-vertatur, Gr. Horst. *de Nat.* Hum. *lib.* 1. *exerc.* 3. *q.* 6. *& exerc.* 3. *de anim. q.* 6.

Ut autem nutritio instituatur, melior erit, 4 ubi dominus saginat equum, hinc cum quidam corpulentus ac nitidus Equum habens, macilen-tum ac strigosum, interrogaretur, quid causæ esset? respondit non mirum videri debere, si equo esset habilior, quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret Servus.

> Gellius apud Erasm. Chiliad. 1. *cent.* 2. *sub adag.* 9. Guilh. Anton. *de rescript. moral. tit.* 10. *concl.* 68. *n.* 109.

Fidelis ergo sit equorum sibi commissorum nutritor servus, sorte & muneris sui titulo con-tentus non imitans illum de quo Steph. Guazz. in *epistolis italicis* narrat, se scil. quodam equo cursorio venisse ad stativa, cumque continuandi itineris causa alium equum rogasset, Patronum ædium accersisse Secretarium quem venientem & in manu strigilem, Zona verò atramentarium circumligatum habentem interrogavit, cur se-cretarij titulo uteretur? respondit servus quo ad

 ordina-

ordinariam professionem se stabularium esse servum, at quia sibi simul notandæ sint Postæ, se vocari secretarium, ad quod responsum Guazzo ridens: Tu, inquit mihi videris Secretarius in utroque, nimirum in strigili & in penna.

THEOREMA XXII.

SUMMARIA.

1. *Equi cursorij olim non potuerunt pregra vari.*
2. *Neq; hodie*
3. *Diploma Cæsareum in eam rem.*

NOn facilè ultra quinquagin ta, aut adsummum Centu libræ ipsis imponendæ. (*a*)

1 (a) Cursores non poterant hippoperas s (ut Seneca loquitur) implere onere maj quàm centum librarum, ex constitutione Th dori apud Cassiodorum, Herodot. *lib.* 4.

Ait autem hic Gothus Rex Romanor quem & Goldalt. d. l. constit. 113. allegat : Ni absurdum est, ut, à quo celeritas exspectatur, gnis ponderibus opprimatur , Navis ipsa o gravata pigrescit, Carinæq; repletæ graviùs ventur : quadrupes pressus nimietate succur

si

ſi quis autem à modulo definito habere repertus, duarum unciarum damnoſe-riatur, quam ſummam protinus exa-ctam, ſicut jam anterioribus edictis con-ſtitutum eſt, per officium Magiſteriæ dignitatis curſui proficere debere cen-ſemus; juſtum eſt enim ut cogatur illa vendere, undè publicum equum malè noſcitur oneraſſe; ſit nuditatibus expe-ditus, qui voluntate noluit eſſe celerri-mus &c. Quocirca, quemadmodum Nautâ in navi publicas deferente ſpe-cies quicquam quod alicujus privati ſit, imponere prohibetur, *apud* Goldaſt. *tom.3.conſt.imper.* ita *l.unica C.ne quid oner. publ. imper. l.*11. nec curſores aliorum, 2
quàm qui Poſtâ utuntur valiſias vel o-nera equos deteriores reddentia ſu-perimponere poſſunt; ſecus facientes ad damna & intereſſe tenentur *tex. hunc inducent.* Barthol. Mulo enim alicui ma-riano ſarcinam prægravem imponere li-cet Rip. *de peſt.c.*5.*n.*37. nō equo curſorio. Optimè igitur à S. Cæſ. Maj. huic mole-ſtiæ fuit obviā itum ſequenti diplomate: 3
Wir Ferdinand der Dritte / von Gottes Gnaden / erwölter Römischer Kayser ⁊c. Entbie-

ten allen und jeden Unser und des heiligen Reichs Ständen und Unterthanen / auch allen und jeden Unsern hohen und niedern KriegsOfficirern und gemeinen Befelchshabern zu Roß und Fuß: insonderheit aber allen den jenigen / wes Stands oder Würden die sein mögen / welche sich des Postreitens zu bedienen und zugebrauchen Vorhabens/ Unsere Kayserl. Gnad und hiemit zuwissen / daß Wir glaubwürdig in Erfahrung kommen/welcher massen die hin- und widerreitende Currier/ Unsere Posthalter und Verwalter / auch derselben Postknecht und zugehörige Leuthe/mit allerhand verübeten Muthwillen/Freffel und Insolentz/ auch harten Streichen / Hauen und Verwundungen tractiren/ihnen die Roß mit Gewalt hinwegnehmen/ dieselbe mit Aufflegung schwerer Felleysen / fürsetzlich krumb oder wohl gar zu Boden reiten / dardurch dann offtmahls auß Mangel der Roß / unsere selbst eygene gar nötige Schreiben und Befelch/darahn Uns/dem Heil. Reich und andern unsern Erbkönigreichen und Ländern / hoch und viel gelegen / mercklich verhindert und niemal zu rechter Zeit/weder in unser Kayserl. Hofflager / noch ahn andere Ort geliefert werden / zu dem sich auch die Currier und andere postreitende Personen unterstehen/wann bißweilen die Postroß/von unserem Kayserl. Hoff auß/nicht so gleich zugegen/oder sonsten allzusehr abgeritten/und ihnen nach ihrem Belieben / die Zeit zu Erlangung der Postroß nicht alßbald verwilliget und ertheilet werden / sie durch andere Mittel / auff die erste Post sich begeben/

ſtitura vaſallo in poſſeſſorio datur interdictum. V. G. uti poſſidetis & beneficium *Can. redintegranda 3. q. 1.* in petitorio, utilis rei vindicatio, non ſolum contra extraneum poſſeſſorem ſed etiam contra ipſum dominum, *argum. 2. F. 8. §. rei autem.* Nec minus domino directo rei vindicatio datur *d. §. rei autem.* qua mediante uti feudum, ita poſtam illicitè alienatam poteſt revocare. Qui litteras & ſarcinulas poſtis commiſerunt, varias etiam habent actiones, mandati ſcilicet, locati, præſcriptis verbis, ex ſtipulatu & ex recepto.

Quæritur hîc: *Si Magiſtratus urbicus tale quid contra concivem ſuum perpetret & à ſuperiori tribunali mulcta damnetur, unde hæc ſumenda?* Ad refrenandam & in Legum circo cuſtodiendam hujusmodi in concives prælicentiam, & per affectum à certiſſima judicii norma receſſum, nec non ſalvanda ſacra ſacri Imperatoris & Imperii & jura & Majeſtatem, diminuendasque & in ſummo ſanctoque Imperii tribunali, lites, præſentius remedium eſſe non videtur, quam ſi, quod Conſules, Scabini vel Senatores affectuosè delinquunt, aut committunt, non populus ſed ipſi ſuſtinere, utque illud, quod pœnæ loco datur non ille ex ærario publico, burſave communi, ſed hi ſinguli de ſua pera pernumerare cogantur: ſic tam liberè & ſubitò non peccabitur in bonos, nec ex paucorum admiſſo, in univerſos animadvertetur concives, juxta illud:

Noli paucorum crimen diffundere in omnes.

Insigne, justum suoque tempore & loco sæpi iterandum præjudicium, haut ita vetus in Augustissima Camera Imperiali Spirensi emanavit in Sachen Pallirine contra Franckfurt.

13 Et tantum de Amissione, nunc de actione varia: in quam, qui enim per privilegium jus postarum adeptus est, ex eoque agere & suam intentionem fundare cupit, condictionem ex privilegio seu ex lege rectè intentat, privilegio vim legi habente, *arg.* §. *sed & quod principi. I. de I. N. G.* & *C.* Tilem. de Bening. (Goede) *Syntag.* 1. *decad.* 2 *vot.* 9. *in pr.* Idque in Camera Imperiali in Causa Speyer contra Speyer & Ingelheim contra Pfaltz/nec non alias sæpius observatum esse testatur Sixtinus de Regal. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 1. *In consilio Argentinens.* 11. *n.* 146. tria ad obtinendos processus contra violatores privilegiorum proferuntur requisita, quorum *primum*: insinuatio privilegi Cameræ parti facta, *secundum*, originalis transmissio, *tertium* doli designatio. Ei, qui consuetudine legitima hoc regale acquisivit, condictio ex moribus competit, idque eadem ratione, qua de re feudali & quidem etiam de regalibus in feudum concessis, ob consuetudines feudales condictio ex moribus datur, Quod si verò quis titulo feudali sibi competere contendat, idque non ob investituram veram vel abusivam fiat, sed ob stipulationem de investiendo factam, ex stipulatu actio locum sortietur, Jas. *in usib. F. n.* 36. *Vult. de F. c.* 1. *n.* 12. *lib.* 2. Borchold. *d. F. c.* 9. *n.* 10. & 11. promissione verò stipulatione de investiendo facta,

cta, condictio ex moribus datur, agi potest. Quoad reales actiones quæ de Regalibus competunt, Actio confessoria utilis, in vindicando Regali postarum jure habet, sive per concessionem sive investituram acquisitum sit, licet sint qui ambigunt, an de regalibus executiones intentari possint & quod in servitutibus hac de re cautum est, ad Regalia extendendum sit, cum enim ideo de servitutibus illæ actiones competant, quod jura sint & res incorporales, ob eandem rationem, non minus in Regalibus quam servitutibus ac reliquis juribus militantem, idem jus utrobique locum habere dicitur, *L.illud ff.ad L.Aquil.l.à Titio ff.de V.O.*

Atque hoc in Camera Imperiali de ejusmodi actionibus utilibus circa Regalia non minus ac in aliis juribus observari, quotidiana experientia testatur & praxis, Tileman.*synt.1.decis.2.vot.8.n.1.& vot.9.in pr.*Gilman.*rer.Iudicat.decis.* 23.*in pr.vers.agendo proposita.* Meichsn. *decis.cam.t.* 2. *lib.*2.*decis.*4.*n.*35.*& tit.*3.*dec.*33.*n.*18.*&* 8. Vide quæ supra c.15.theorem.19.habeo.

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Latrones & pradones Postarum impedimenta.*
2. *Latrones qui sint.*
3. *Eos cuivis impunè occidere licitum.*

QVemadmodum verò pro temporum malis infesta sunt postis, latrocinia,(*a*)

(*a*) Ea humanæ Naturæ est conditio fragilitasque, ut non omnia, quæ volumus omnes posse, *l. qui autem in fin. C. de V. I. E.* & ea quæ possumus semper velle, *l. quia poterat ff. ad Trebell.* sed pro temporum & rationis opportunitate & nolle & velle & posse intelligamur ac debeamus, *juxta tradita in l. 2. & tit. 1. ff. si quis caut.* actionumque nostrarum & obligationum merita inde probari par sit, voluntate pro facto, & factis pro infectis interdum pensandis & acceptandis, *l. non omnis ff. si cert. pet. l. verum ff. de Furt.* Quia quod possumus, nolumus & quod volumus adimplere nequimus, *l. multum inter est C. si quis alteri vel sibi &c.* Rei Cursoriæ ratio non potest non recipere causas ex quibus impedimentum occurrat, primum autem est prædonum hostiumque
1 incursus & Latronum insidiæ, quæ plerumque æquiparantur, *l. 1. C. depos. l. 1. C. commodat.*
2 *l. 1 ff. de Action. & Oblig.* Latrones quidem, auctore Sexto Pompeio eos antiqui dicebant, qui conducti militabant ἄπω τῆς λατρείας; ac nunc viarum dicuntur obsessores, quod à latere adoriantur, vel latentes insidientur, & Varro de lingv. Lat.

Latrones dictos ait à latere, hinc Brechæus

quasi

quasi Laterones. Hi furibus & insidiatoribus multum affines sunt. §. *fin. vers. si verò criminis in Auth.* Quod enim fures, gemeine Dieb / occultò & sine armis moliuntur, id grassatores, seu obsessores & Latrones, Strassenrauber / cum armis violenter aliquando, quandoque etiam cum hominum in itineribus & domibus interfectione, unde tunc Mörder à Morden vocantur, & generaliter insidiator vocatur omnis vitæ nostræ periculum intentans, latro verò propriè fertur obsidere vias, ut ex improviso securum opprimat viatorem, *de quo loquitur text. in l. capitalium §. grassatores & §. famosos ff. de pœn.* Et hunc cursori, imo cuivis alî, qui ab eo læditur, impune occidere licet, cum adversus periculum se defendere & vim vi repellere naturalis ratio, Leges, omniaque Jura permittant, *l.* 4. *& l.* 45. §. *Qui cum aliter ff. ad L. Aquil.* Schneidevvin. §. *injuria. l. eodem.* imò & ipsi Diabolo, testante Harprecht *in* §. *hac actio* 12. *num.* 125. 137. 5

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Militiæ abusus.*
2. *Rei cursoriæ impedimento est.*

3. *Cursor rei susceptæ damnum dans Præfectu[m] suum obligat.*

UT & quævis militum ferc cientium, viatoresque in iti nere prohibentium impia rabies & Libido, *(a)*

1 (*a*) De qua inter alios Damhauder *prax. cri min.c.25.n.15.ibi Bella.* & Nicol. Boer. *Decis.*40 *incipit.& dico hanc n.1.& seq.*

Tametsi verò militia propter desperandam necessitatem non sit criminanda, cum ideo bel lum geratur, ut pax quæratur & obtineatur; ab usus tamen ejus, ut quarumvis rerum culpandu[s] venit maximè. Aurelianum Imperatorem in disciplina militari admodum fuisse severum, & quandoque in hæc verba ad Vicarium suum re scripsisse ferunt: Si vis tribunus esse, imò si vis vivere, manus militum contine: nemo aliena ra piat, segetem atterat, annona sua miles contentus sit & de præda hostis, non de Lachrimis provin cialium vivat, stipendium in baltheo non po pina habeat, *referente* Gualther. *Chronolog. ecclesiast. po lit. in vita Aurelii. Imperator. sub anno* 271.

Et de ejusdem commatis militum insol en tia, Maximilianus secundus Imperator, in Con ci tiis Spirens. anno 1570. præf. der Reuterbestal lung conqueritur: Daß jhre May. neben den er scheinenden Churfürsten / Fürsten vnd Stän den

den ꝛc. Zu bedächtlichem Keyserlichen Gemüth geführet/wie vor zeiten die Teutsche Kriegsleute/ sich aller Mannlichen Tugend / Redlichkeit vnd Erbarkeit beflissen gute Kriegsordnung vnd Disciplin gehalten / dardurch sie bey allen Nationen gerühmet/ vnd aber es nunmehr dahin kommen/ daß die alte Teutsche Freyheit in Kriegszügen zu viel mißbrauchet / die unschuldige arme Leuth allenthalben beschweret/ beleidiget / alle erbare Disciplin vnd Ordnungen der Reuter vnd Kriegsknechten in Vergeß oder auch Verachtunge gerathen wolten ꝛc. Quæ ut latius calamo percurrantur, haut opus est, satis id integra regna, integræ provinciæ (tam miserè devastatæ, ut jam nil minus quam integræ sint) civitates, oppida & pagi innumeri Vulcano immolati ostendunt; quo ad cursum publicum ordinarium, ipsum Oxenstirnjum de suorum in Imperio Romano Germanico sodalium ac militum Suecicorum insolentia, furtis ac deprædationibus testantem placeat audire: Vnd aber seithero gewisse Nachricht einkommen ist/daß vorgedachte höchst respectirliche/ Königliche Salveguardien, Privilegien, Freyheiten/Immunitäten vnd Verordnungen/so wol von Officirern als Soldaten vielfältig verachtet vnd freventlich darwider gehandelt / den Posthaltern vnd Postiglionen jhre Pferd muthwillig abgeritten/ gantz weggeführt / die Personen übel tractirt, vnd des jhrigen noch darzu beraubet worden seind / auch ohne Bezahlung gebrauchet werden wollen ꝛc.

è litteris postæ publicæ gratia scriptis Franco-

 furti

furti ad Mœnum 3. Octobr. 1633. & variis locis publicatis.

Ubi tamen Cursor rei susceptæ damnum d derit, præfectum suum obligat, factum eni cursorum Magistri idcircò præstant, quia ex qu si delicto tenentur, qui minus fidelium ope utuntur.

l. 6. §. 3. l. fin. ff. naut. caup. stabul. §. ul Institut. de obligat. quæ ex q. delict. nascun tur.

THEOREMA IV.

SUMMARIA.

1. *Adversa tempestas Rei cursoriæ contrariatur.*
2. *Ad servitium quilibet obligatur sub conditione si potuerit.*
3. *Posse quando quis non intelligatur ob periculum.*

Nec non adversa tempestas, *(a)*

(*a*) Ut est ventorum, pluviarum, excursiones & vis fluminum, nix alta &c. quæ omnia cum itineris & profectionis cursum retardent, minuant, tollant, pro legitimis impedimentis habenda,

l. non

l. non exigimus. 2. §. si quis 3. vers. vel tempestate vel vi fluminis. ff. si quis caut. in judic. sistent. caus. fact. Zanger. *de except. pag. 2. c. 9. num. 13. vers. tempestate.* Mynsing. *obs. 57. num. 6. cent. 4.*

pro comperto enim habemus, nostræ potestatis haut esse, temporum injuriis & calamitatibus, exquisitè resistere aut mederi: quæ quoque causa est, cur vi tempestatis aut fluminis detentus Vasallus, quo minus profectionem instaurare aut perficere posset, ad Cavalcatam seu servitii præstationem excusandus veniat, *argum. l. 2. §. si quis in judicio & §. quod diximus. ff. si quis caut.* & ex eo, quod generaliter ad servitium obligatio intelligitur, cum Vasallus potuerit, *§. sed non est alia, vers. aliud. tit. qua fuer. 1. caus. benef. amitt.* 2
Posseque non dicitur, ubi probabile periculum immineat, ut tempestatis gravioris, incursus hostilis, pestis vel alterius ejusmodi, 3

de quib. in tit. quo temp. miles invest. pet. deb. & de prohib. feud. alienat. per Lothar. §. fin.

Cavere tamen debebit, ne in his culpa vel negligentia sua notetur, fortè quia potuerit prævidere & præoccupando vitare tempestatem vel aliud impedimentum, quo casu non erit facilè excusandus, *argument. d. l. 2. §. si quis cum posset.*

Eadem hæc in postis Venetis studiosè observantur, quapropter in d. relatione sæpis-

ſæpiſſimè legitur, Curſores hoc vel illo die reverti, prout tempus fert: piu è meno ſecondo li accidenti, ſecondo la ſtagione, ſecondo li tempi. item: il giorno non ſi mette per eſſer Variabile, vel il giorno e variabile, per gli accidenti ordinarii ch' occorono, Sic, il ritorno delle lettere di Londra è in certo, riſpetto al paſſaggis del Mare. Huc ſpectant vincula, è quibus Curſores publici erumpere & evadere non poſſunt: quandoquidem poſſibile non eſſe probatur, ut in alterius commodum & ſubſidium vires & induſtriam ſuam accommodet, qui ſuæ non eſt poteſtatis *ſuccurritur ff. ex quibus cauſ. mai.* Zaſius *part. 7. num.* 4.

CAP. XXI.

De

Privativè oppoſitis.

Theorema I.

SUMMARIA.

Privativè rei curſoriæ opponuntur, tarditas, cunctatio, incuria &c.

Ita

ITa iis Impedimento ſunt litterarum deferendarum nimia tarditas (*a*) ocioſa cunctatio (*b*) incogitantia (*c*) incuria (*d*) & quævis rerum curſus huius Commiſſarum ingrata mora. (*e*)

(*a*) Qua d.c.16.theorem.5.

(*b*) Vix enim hic ceu per Fabium Maximum (qui *cunctando reſtituit rem*, Hannibalem & pecuniæ & commeatus egentem fregit, quem alii magno militum numero, frangere aut vincere, nunquam potuerant, Plutarch.*in ejus vita,*) aliquid ager.

Dn. G. Lud. Lindenſpir *in d.tract.de arc.imper.mon.c.*4.*mihi p.*120.

(*c*) Unbeſonnenheit/ dum Curſores agenda non recolunt, nec ſatis de his cogitant.

(*d*) Unachtſamkeit/de qua *cap.*17.

(*e*) Sive ultrò (contra officium) quæſita, ſive aliundè vi injecta & obſtruſa.

THEOREMA II.

SUMMARIA.

1. *Exempla curſorum publicorum occiſorum.*
2. *Lethale quid dicatur.*
3. *Lethale vulnus quod ſit.*

4. *Qua*

QUod si Cursor publicus, in via publica occisus reperiatur (*a*) criminis cognitionem & executionem penes illum esse, qui ibi ius regale habet, verius censemus. (*b*)

1 (a) Veluti Moysi Weichsnern Augustanæ postæ Cursori quondam contigit, prope urbem Vindelicorum Augustam, im Haneckamm / nec non postea hujus ipsius nepoti Antonio Weichsnern/ cursori Francofurtano, non procul Francofordia, juxta illud Froschmeußlers:

Wer

Wer jetzund wandert in der Welt/
Und weit muß ziehen über Feld/
Weiß sich abr nit mit mancher List/
Zu schicken wie die G'legenheit ist/
Der kompt gar leicht in Angst und Noth/
Wird spolirt odr geschlagen todt.

Mortem toti corpori, non parti tantum inferens, Lethale dicitur, prout Hippocrates verbum Lethale protulit, innuente interprete ejus Galeno in *Comm. in Aphor. Hip.* 18. *sect.* 6. ubi inquit, hoc verbum Lethale protulisse Hippocratem sæpe de his 2
qui ἐξ ἀνάγκης & inevitabili qu. necessitate, sæpe etiam de iis, qui ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ & magna ex parte morituri sunt. Est autem lethale, *ut ex egregio Rationali vulnerum lethalium judicio* Cl. Dn. D. *Gotfridi* Welsch *Prof. Lips. hæc sumam*, ex necessitate vel simpliciter & absolutè, quia nulla ope, cura vel mediis ac remediis corrigi potest, hoc est ubi summa & inevitabili consequutionis puta necessitate, & quasi secundum Canonem moritur patiens, & vita nullo artis consilio servari & prolongari potest: Est verò hinc sumpta vulneris le- 3
thalis definitio hæc, quòd vulnus lethale sit, unitatis in parte humani corporis vel nobili vel ad vitam tamen simpliciter necessaria, à re externa violenter solvente continuum, inducta & vel cum discrimine, vel ipsa vitæ jactura, conjuncta solutio, *parte* nempe affecta altera nobili, altera ad vitam simpliciter necessaria; Nobilitas est vel structuræ vel conformationis

tionis vel actionis cuilibet parti propriæ , illa ex visceris situ , substantia natalique partium integrantium apparatu in primis cognoscitur ; hæc verò per singularem agendi proprietatem & prædominium , in alias manifesta redditur cuilibet. Hinc quoad situm, Cerebrum, Cor & Epar principum instar, illud quidem caput, istud thoracem, hoc verò abdomen, tanquam certas regiones (ut Medici vocant) occupant. Quoad substantiam , proprium cuilibet parenchyma est, quoad magnificum integrantium partium apparatum, non sine summa Optimi creatoris laude & admiratione inspicitur, insignemque præ reliquis partibus omnibus prærogativam meretur.

Actionis nobilitas ac singulis innata & à substantiæ proprietate proveniens proprietas in Cerebro, Corde & Hepate potissimum deprehenditur. Cerebrum facultatis animalis organum, rationalisque animæ domicilium, sensuum omnium sensorium , motusque localis directorium ; cor vitalis facultatis organum, Caloris nativi & humidi radicalis principium, spiritus insiti receptaculum, influentis emissorium, misericordiæ, Charitatis, Castitatis, aliarumque virtutum non minus diversorium, quam sinistrorum affectuum ergastulum : Epar verò naturalis facultatis organum, sanguinis officina, nutrimenti colatorium & benignum adjacentium partium fomentum est.

Hinc quemadmodum omnis nervus vel minimum etiam extremi pedis incurrens digitum , eumque sentiendi & movendi informans

poten-

potentia à Cerebro & omnis Arteria, quæ vel in summum etiam corporis habitum influentem cum nutrimento distribuit spiritum è corde est ista omnis vena, quæ in toto microcosmi territorio reperitur & sanguinem à nutritione superstitem, refluumque ad suos reducit fontes iuxta veterum sententiam ex Hepate. Pars ad vitam simpliciter necessaria est, quæ eiusmodi fungitur munere, quo vivi carere non possumus & cuius sublato vsu ceu officio vita ipsa vt plurimum cessare cogitur. quales sunt, pulmones cum aspera arteria, diaphragma, Gula, ventriculus, intestina, iresenterium, Renes & vesica; Reliquæ verò omnes, pro simpliciter ad vitam necessariis non habentur, quippe quibus vel vulneratis vel planè perditis, vulneratus quamvis cæcus, mutus, surdus. mancus, claudus, &c. reddatur, vivus nihilominus superesse potest.

Lethalis itaque vulneris causa (procatarctita) dicitur, res violenter solvens continuum, vt Arma & alia, quæ continuum solvere nata sunt, qualia, sclopetum, hasta, gladius, ensis, pugio, culter, novacula, malleus, fustis, saxum, contus, &c. subiectum in quod res istæ externæ agunt, *continuum* dicitur Medicis idem ac integrum vnitumque, cui opponitur quod ruptum, fractum, contusum, fissum & dississum, & recessus à naturali istarum partium vnitate, peculiare morborum genus solutæ vnitatis dictum constituit; quo ad Actionem, rem externam solvere continuum Medicis est vulnere lethaliter inflicto visceris nobilis vel partis ad vitam simpliciter necessariæ fabricam & structuram destruere, nec non quod integrum in ea ac vnitum erat, solvere, rumpere, fran- 4.

gere, lacerare, findere, discindere, &c. quidem violenter vel cæsim (gehauen / oder geschnitten) vel punctim (gestossen oder gestochen) vel immissa ex Sclopeto glande seu globulo, mit einer Kugel geschossen oder getroffen: vel contusim trucken geschlagen / gestossen / geworffen oder mit Füssen getretten) Et tales postea dicuntur, morte non naturali, seu manu violentâ, mortui, keines reinen oder natürlichen Tods gestorben; quod tamen ad solam causam externam eiusdemque violentiam, restringendum est vtpote quâ ipsa quocunque etiam modo ea contingat, calor nativus, cuius extinctio mortis naturalis est causa, destructo scilicet per vulnus lethale hoc vel illo actionis nobilis vel ad vitam simpliciter necessariæ Organo, & ipse perit & extinguitur.

5. Differentia vulnerum lethalium è verbis definitionis manifestatur, his nempe: *vnitatis in vulnere lethali solutio* cum discrimine & iactura vitæ coniunctam esse: hinc quando quidem vulnerum lethalium aliud cum vitæ discrimine summo ipsius periculo, aliud verò cum ipsa ipsius vitæ iactura atque dispendio fiat, vulnus aliud est lethale simpliciter & absolutè aliud lethale vt plurimùm, vt pote è quibus paucarum horarum vel dierum spacio moriuntur vulnerati atque pereunt: ita vt duæ proinde vulnerum lethalium classes sint quarum prior vulnera partium nobilium & quatenus ea simpliciter & absolutè lethal'a, po-

sterio

ſterior partium ad vitam ſimpliciter neceſſariorum vulnera, & quatenus ea vt plurimum ſunt lethalia, contineat τὸ θανάσιμον, ac lethale de toto organo & principalioribus, non verò de ſingulis ipſius prædicari debet partibus. Cerebrum in capite ſitum eſt, membranoſo, piæduræque matris operculo, validoque ſatis cranii non minus circumcirça præmunitum muro, quàm propriorum & communium tegmentorum in volucris densâque donatum Cæſarie; formam habet globoſam quodammodo, continentis tamen Cranij æmulam; Magnitudine vel amplitudine verò inſigni, Bovem & Bruta in proportione ſuperat pleraque ſubſtantiam agnoſcit peculiarem, & ſibi propriam, cùm ſimilem non liceat reperire in corpore; cuius ratione dividitur in cinericii coloris corticem, qui mollis; & candicantem medullam, quæ ſolidior; ſitus autem ratione, in partem anteriorem & poſteriorem dextram & ſiniſtram, ſuperiorem & inferiorem, illa cerebrum in ſpecie dicitur à quibus vtrisque nervorum oritur principium & ſpinalis dicta dependet medulla, ex maximo occipitis foramine, invertebrarum ſinus deorſum porrecta; actio denique ipſius eſt, animales elaborare ſpiritus, ac miniſterio eorum commodum ſenſuum internorum & externorum motusque localis eſſe organum.

Ex quibus colligi facilè potest, quæ nam in cerebro pars vulnerum simpliciter & absolutè lethalium sedes sit. Medulla scilicet vt pote quæ spirituum animalium non tantum officina, & diversorium est, sed & alias, vnum tamen non Cerebro constituentes organum, partes continet & fovet nobilissimas, quales sunt: Falcatus iste per medium cerebrum conspicuus processus, sinusque ipsius, copiosum arteriosi & venosi generis sanguinem continentes, eumque circulantes, Celebres item cerebri dicti ventriculi, vt & mirabilis iste in cavitate partim ipsorum, partim circa eosdem venularum arteriolarumque apparatus, plexus choroides, & arteriosum *Rete mirabile* dictum, quarum partium vt dicetur, vulnera, præsertim quæ magna & profunda sunt, simpliciter & absolutè lethalia esse, statuo, ne verò absque ratione & fundamentis dicatur, vel determinetur quicquam lethalitatis istius omninò exponenda est ratio, quod vt commodius fiat, quinque ista (sive ea lethalitatis signa & indicia, sive requisita dixeris, mihi perinde est) attentenda censeo. Quorum, 1. est partis vulneratæ Nobilitas seu necessitas. 2. vulneris magnitudo & profunditas. 3. remedia applicandi impossibilitas. 4. Symptomatum gravitas, & 5. periclitantis vitæ termini brevitas, quippe quæ toti huic de vulnerum lethalitate applicanda sunt discursui.

Sic ergo Medullæ cerebri vulnera simpliciter & absolutè sunt lethalia 1. quia est omnium capitis partium nobilissima, 2. accedit vulneris profunditas, cum, si vulnus capiti inflictum ad medullam vsque cerebri penetret, partes prius alias, situque priores,

cutem

cutem puta capitis, pericranium, cranium ipsum, duram, piamque matrem, & qui medullæ proximus est, cerebri corticem fuisse vulneratas præsupponendum sit, unde 3. remedia applicandi suboritur impossibilitas vel maxima tamen incommoditas, & quo, quæso, modo chirurgorum etiam dexterrimus vulnera Medullæ cerebri, tractare legitimè, curare, vel sanare poterit, quæ ob loci profunditatem, vulnerumque in vicinis partibus complicationem, nec videre quidem potest multò minus instrumentis ipsi explorare licitum est, & sic subsequitur 4. symptomatum gravitas, copiosa, puta, sanguinis profusio, actionum animalium læsio, dolor ob solutionem in partibus membranosis continui exquisitus, vigiliæ, humorum à dolore excitatus affluxus, inde inflammatio, in biloso præprimis corpore, febris, delirium, quod in vulneribus capitis malum, dicit Hippocrates; læsæ partis putredo & corruptio, gangræna, Lethargus, Epilepsia, tremor, ob spirituum vel resolutionem vel interceptionem, paralysis, convulsio, eaque vel particularis vel universalis, quæ ipsa 5. demum periclitantis vitæ termini comitatur brevitas, cum paucarum horarum vel dierum spatio, perire, vulneratos ita, dies testetur & experientia.

Quò profundius verò vulnus penetrat; ita vt vel falcatus Cerebri processus, vel ipsius ventriculi & qui propriè iidem sunt plexus choroides & recte mirabile dicti, insimul lædantur, eo le-

thale magis vulnus , citiusque qui ita vulnerantur, moriuntur & pereunt , Ratio est , quia præter partium harum nobilitatem , profunditatem applicandique remedia in commoditatem, maxima statim (falx si læsa , vnusve vel alter ipsius perfossus sinus est) hæmorraghia sequitur, ita , ita, vt in 24. libras sanguinis exindè effluxisse , ex aliis Sebizius testetur , sanguis exitum non inveniens , in vicina cerebri intima profluit, ibidemque collectus in grumos abit , & putrescit ; quo ipso turbatur anima , pereunt sensus , motus , loquela , quibus brevi succedit sopor gravis , Apoplexia , Mors , si profundius adhuc & ad ventriculos vsque , plexumque dictum choroidem per sinus eorundem mirabili textura se exhibentem , & Rete mirabile pertingat , res citò acta & mors in olla est, cum hæmorraghiam subita insequatur spirituum, (non animalium tantùm ex vulnerato cerebro, sed vitalium insuper exsauciatis arteriis) dissipatio & exspiratio. Plexus enim isti , præter tenuem , quam à pia matre habent , tunicam, minutissimasque glandulas ex solis constant vasis , plurimis arteriolis , paucioribus venulis , innumerabili , plexum quidem choroidem quod attinet , anastomosi invicem sese exosculantibus , in quibus spiritus vitalis , è vicino corde , cerebro copiosè satis communicatus , in sanis alacrem se exhibet , primumque futuri spiritus animalis rudimentum suscipit , ita vt vul-

vulneratis, disruptisque hisce vasculis & cerebrum & cor omni subitò priventur robore, & spiritus ita vel nulli generentur ampliùs, vel pauci, qui tamen & ipsi brevi exspirant, emigrantes autem spiritus (vtpotè quia ad respirationem & consequenter ad vitam ipsam summè necessarii sunt) ipsa subinde absque mora comitetur anima.

Infliguntur autem Cerebro enarrata iam vulnera cæsim vt plurimum, quemadmodum iam dictum: & emissis è Sclopetis globulis, quæ quidem posterior læsio, in quacunque corporis parte illa fiat, omnium gravissima & periculosissima dicitur, ob ictus vehementiam Carnium dilacerationem, ossium fracturam, & attritionem, hæmorragiam immedicabilem & inductum pariter, à cominus imisso globulo, empiireuma & combustionem & lethalia inde provenientia symptomata; rarò punctim & non nisi gladio, cavum oculi violenter penetrante, sæpissimè tamen contusum, cuius contusionis ea præsertim videtur esse differentia, quòd vulnerum lethalium contusim inflictorum alia sint sine fractura Cranij, ex quibus vulnerati muti redduntur & cruda evomunt, ob cerebri commotionem, sanguis ex ruptis per contusionem vel commotionem cerebri, vasis, partim per nares, aures & os excernitur, partim verò in cerebrum copiosè profunditur, qui cum exitum non inveniat, cerebri substantiam vel comprimit vel replet, temperamentum ipsius destruit, inflammationem, putredinem, indeque febrem producit

& delirium ; spirituum animalium influxum, motumque ac generationem impedit, ac animalis ita facultatis functiones omnes turbat, lædit, impedit, vndè Stupor, aphonia, sopor gravis, Lethargus, Apoplexia, Epilepsia, convulsio, Mors; quale quid illi qui à Macedone, lapide in caput percussus, & die tertio mortuus est, contigisse legitur; & Mulieri, quæ cum ad nasi radicem & supercilia pugno percussa, mox Apoplectica reddita est atque mortua, in cuius Cranio plus quam tria cochlearia coagulati sanguinis plexum choroidem & rete mirabile comprimentis, fuerunt inventa. Henric. ab Heer *observ.* 12.

Alia verò est contusio cum fractura, fissura, subsidentia & fragmentis Cranij, quando ossa ipsius vel franguntur & dividuntur, vel finduntur & in rimas vitrorum & ollarum scissuris similes abeunt vel subsident & os fractum prius, in substantiam Cerebri deprimitur, vel fragmenta aut portiunculæ ob osse læso sive decedunt, sive cerebrum versus reclinant, (Wann die Hirnschale entzwey / vnnd eine unnd das andere Stück loß ist / sich vnterwerts ins Gehirn beuget / oder dieselbe sonst geschreckt/ oder geschöllert ist / unnd von der zerschlagenen Hirnschale eyne oder mehr Splitter oder Schieffer loß / oder ins Gehirn gehen) ex qua si magna præsertim & profunda sit & in osse sincipitis (tan-

(tanquam in quo si contusio est, citius mori dicuntur) ac futura ipsius contingat, ob insignem cerebri commotionem & compressionem, præter superius enumerata symptomata, insignis inprimis hæmorraghia ob vasorum sub osse syncipitis copiam & magnitudinem, vomitus item & oculorum caligo, ob consensum ventriculi & interceptos spiritus & sanguinis insuper ob compressa vasa, impeditur circulatio, vndè brevi temporis spatio, paralysis, Apoplexia, Mors; Hyeme tardius, æstate citius.

Quod verò nervorum dictum principium & spinalem medullam attinet, vtriusque vulnera & ipsa simpliciter & absolute lethalia sunt, ita tamen vt illud consideretur, quatenus cerebro & cerebello in capite adhuc adhæret, nondumque & eo per magnum occipitis foramen invertebrarum sinus abiit, hæc verò quatenus profundè & in parte superiore & quidem supra thoracis vertebras vulnerata est; eadem enim & nervorum Principii & Cerebri vulnerati conditio est, eadem symptomata, idem eventus, spinali vero medullæ supra thoracis & medias cervicis vertebras ac per transversum in primis inflictum vulnus subiacentes partes omnes sensu & privat & motu ac respirationem consequenter planè auffert ac impedit. cum læsâ ita medullari spinæ substantia per nervos ex vertebrarum foraminulis, ab ea in vtroque latere

prodeuntes, nec ad musculos inter costales, nec ad ipsum diaphragma, amplius distribuantur spiritus, quibus denegatis, cessat respiratio & vulneratus suffocatur & moritur, si verò in inferioribus vulneretur partibus, nisi maximum, ac per transversum inflictum vulnus sit, lethale simpliciter non est, sed partium earum motus ac sensus inducitur privatio, sic Juvenis pugione in spinali medulla vulneratus, omnimoda alvi & vesicæ obstructione ac oppressione, insigni abdominis intumescentia, viscerum oppressione animi deliquio & sudore frigido correptus, tertio moritur.

Nunc de thoracis vulneribus simpliciter & absolutè lethalibus disseremus, venter humani corporis medius, à saliente in eo corde, thorax dictus situs ratione inter supremam ac infimam mediam ita vocatam regionem constituit. quod nobile istud viscus, Principis ac Gubernatoris instar in eâ tanquam propria sibi ditione, vitalis reipublicæ clavem teneat, ex eaque obsequio spirituum vitalium, per arterias divagantium ministerio, vitalem in totum microcosmum diffundat gratiam, salvumque ius vitæ ac necis obtineat.

Pro-

Proprium verò suum cor occupat situm, si basin ipsius inspicias in medio thorace, si verò mucronatam ipsius partem, versus sinistrum inclinare latus, vel leviter admota pectori manu experieris; capsulam vel involucrum ipsius Pericardium dictum in quo tanquam in vesica diversatur, si removeas, substantiam ipsius densum ac compactum ipsique proprium esse parenchyma, videbis; magnitudine gaudet insigni, quæ tamen, ætatis atque temperamenti ratione, variat, exterius vtrique bassis lateri adhærentes, quasi appendices, quas auriculas vocant, interius verò insignes cauitates, ventriculos puta, carnosi interventu sepimenti in dextrum & sinistrum distinctos, licet conspicere; vasa habet maxima, dum è dextro ipsius ventriculo vena cava & vena arteriosa, è sinistro verò arteria magna & arteria venosa, vasa magnifica satis, mirisque intus valvularum appendiculis donata prodeunt Nervos verò, à sexto quidem pari productos in cordis tamen substantia, vix observabiles. Actio tandem ipsius propria est spiritus vitalis generatio & sanguinis perfectio, quibus tamen ipsis, non sibi blanditur, sed toti subinde corpori, continuo vivifici istius nectaris influxu, maximè egenti prospicere satagit, negotium hoc continuâ sanguinis, pulsificæ facultatis ope, circulatione providè ac decenter expediens.

Structuræ ergò actionisque cordis dignitas ac eminentia significat cordis vulnera simpliciter & absolutè, lethalia esse.

In substantiam enim cordis, vtpote, quæ solutionem continui & dolorum nocumentum vitâ perma-

manente , diu perferre non poteſt , vulnus ſi penetret , ob læſum & vulneratum nobiliſſimæ actionis organum , nobiliſſima ipſius læditur actio ; citò inflammatur , quia viſcus eſt omnium calidiſſimum ; vulnus manu tractari, loci recuſat profunditas , quod ipſum tamen, ob continuum in pulſu motum , ſponte coaleſcere nequit ; ſpiritus vitales & balſamum viviticum quibus integrum turget cordis parenchyma, citò diſſipantur & abeunt, vndè ſubito caloris nativi reſolutio, diſſipatio, animi deliquium, Syncope, Mors matura.

Altius verò & vel in ipſas auriculas vel ventriculos , & ſiniſtrum inprimis , ſi penetraverint Arma, ſtatim atque inflictum vulnus eſt, & absque vllo præuio notabili ſymptomate diſſolutisque in momento omnibus vitæ vinculis , & turbatâ ſubitò totius cordis & corporis œconomiâ examinantur vulnerati , moriuntur , pereunt neceſſario ; cùm contra tantam Martis violentiam ipſi primùm viventi & vltimùm morienti illatam nihil valeat artis efficere vigilantia , ita vt pro miraculo habeatur , ſi vita ad alterius diei vſque prolongetur terminum.

Vaſa denique cordis quod ſpectat è baſi ſtatim ipſius porrecta eorundem , non minus, vtpote quæ humanæ naturæ fontes ſunt , ex quibus flumina

flumina excurrunt, quibus totus irrigatur corporis alveus, vulnera ſimpliciter & abſolutè Lethalia eſſe ſtatuo, cum Cordi, vitæ principio vicina nimis ſint, & calidiſſimum & ſpirituoſiſſimum vehant, ac diſtribuant ſanguinem, vnde ex inflicto ipſis vulnere, immedicabile ſtatim ſanguinis & ſpirituum, qui, arteria ſi vulnerata eſt, cum quadam quaſi ſaltu exſiliunt, excitatur, diffluvium, ex quo ſubitus virium lapſus, ſudor frigidus, facies Hippocratica, animi deliquium, ſyncope, Mors. Quod ipſum de maioribus etiam aſcendentis Arteriæ magnæ & venæ cavæ ramis, ſubclaviis puta, jugularibus internis & carotidibus, intelligo, ipſorumque vulnera pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habeo; inſignes enim cùm ſint & ipſum ſuâ diſtributione thoracis profundum occupent copioſum & ſpiritibus turgidum, vehunt ſanguinem; ita, vt vulneratis illis, ſubita eaque copioſa perveniat ſanguinis extravaſatio, & ſpirituum diſſipatio, cui nec ligaturis nec aliis remederi licet auxiliis; vnde vires vena ſi vulnerata pedetentim, citiùs, ſi Arteria, proſternuntur & pereunt, vulnerati linquuntur animo fiunt, ſyncoptici moriuntur placidè. Infimus venter, quod plura in eò abdita & recondita ſint viſcera, abdomen dictus, præter alias, quæ ad conſervationem individui partim, partim verò propagationem ſpeciei faciunt, Epar inprimis continet, quod ex veterum maximè ſententiâ, tertium inter partes humani corporis principes locum obti-

net;

net ; & quamvis ex Principum numero planè excludere illud, religio sit, insignis tamen ipsi cum corde & cerebro intercedit nobilitatis disparitas.

Situm autem est Epar in dextro hypochondrio, ex proprio insignis magnitudinis paranchymate, propriâ investito tunicâ, constans, quod Gibba sui parte diaphragma, cavâ vero, quæ fellis vesiculam fovet, ventriculum & intestina respicit. E vasorum genere vetæ inprimis, in eo natabiles, cavæ scilicet Truncus, ramique insignes & vena portæ, eiusque rami, arteriæ verò exiles ac nervi & ipsi vix conspicui sunt, actio tandem ipsius sanguificatio, spiritusque naturalis (si quis ex Neotericorum sententia datur) elaboratio est.

Quemadmodum autem de disparitate nobilitatis dictum, sic vulnerum quoque Epati inflictorum dispar omninò est ratio, ita vt vt illa tantum Epatis vulnera pro simpliciter & absolutè lethalibus haberi, statuatur quibus vel truncus vel rami maiores venæ cavæ in gibba, vel vena portæ, maioresque eius rami in cava ipsius parte, lædantur, quemadmodum Delphensi, qui ex vulnerata vena portæ citò obiit, contigisse legitur, sola enim, si epatis substantia, eiusve tantum superficies, vt Sennertus loquitur, vulnerata, nullusque insimul ex ramis maioribus læsus sit, lethale simpliciter & absolutè non est, quia totum Epar solidum, nullisque præter vasa vel cavitatibus vel ventriculis, cordis instar, distinctum est, vnde vulnera, soli substantiæ inflicta, nec cum tanto

san-

ſanguinis fiunt profluvio, nec ita difficilè ſed ſuâ ſponte coaleſcunt, vel ſanari tamen arte poſſunt.

Sin verò ſubſtantia pariter & vaſa profundè vulnerentur maiora, cavæ ſcilicet Truncus vel rami ipſius maiores, vel vera portæ inſignesque eiusdem rami, vel ipſa etiam Bilis veſicula, vt pote quæ cavum Epatis, vaſorumque maiorum occupat viciniam & ſubſtantiæ nervoſæ contentæque bilis ratione difficillimè conſolidatur, ſimpliciter & abſolutè lethale eſt, cum ſanguis, ob loci incommoditatem, nec ſiſti, nec vulnus, ob læſionem complicationem tractari quæat debite nihilque propterea reſtat, quàm vt præter remedia applicandi impoſſibilitatē, vomitus ac deiectiones cruentas, deperditis cum ſanguine viribus, ipſa brevi exſpiret anima, ſicut ille qui, iaculo in iecur immiſſo, vulneratur, priusquam concio dimitteretur (hoc eſt vbi frequens adhuc forum erat) cum primâ luce vulneratus eſſet, exſpiraſſe dicitur.

Etſi autem hîc commodam ſatis de liene quoque dicendi eſſet occaſio, ſuperfluum tamen eſt, ſi vel de ipſius ſtructura, vel vulnerum ipſi inflictorum qualitate, plura quàm de Epate iam relata ſunt, dicerentur, cum ea omnia ob ſtructuræ & actionis vtriusque viſceris analogiam & ſimilitudinem ad Lienis quoque vulnerati conditionem applicanda cenſeantur, ipſi vsque proindè vulnera, ſi ſoli infligantur ſubſtantiæ, pro periculoſis, ſin verò maiores

vaſa-

vasorum, arteriarum in primis, quarum copia Lien gaudet, vulnerentur rami, pro simpliciter & absolutè lethalibus pariter habeantur.

Quemadmodum eundem etiam in modum descendentium Arteriæ magnæ & venæ cavæ truncorum, maiorumque ipsorum ramorum, splenici puta, Mesenterici emulgentium inprimis & iliacorum vulnera simpliciter & absolute lethalia sunt, cum vasa hæc ima abdominis occupent, ac profluentem proindè ex ipsorum vulnere sanguinem inhibere, nec artis, nec manus dexteritas, nec doctum sufficiat consilium.

Sed huc vasa quoque vmbilicalia in recens natis infantibus pertinere existimo, vt pote quorum vel neglectâ vel perperam & malitiosè administratâ præcisione, frequens sanè committitur infanticidium, sive enim planè negligatur præcisio, sive vmbilicus decenter minus aut planè non deligetur, subitò sanguinis & spirituum diffluvio moriuntur miselli ac pereunt.

De partibus quæ nobiles quidem non dicuntur, sine quarum tamen ope, usu & officio, partes principes vitam solæ servare & conservare nequeunt, plura non addo, sed Lectorem ad ea quæ cap. 2. de iisdicta sunt, remitto; præterquam quod, alterum eas lethalitatis subjectum, constituere asseram, idque propterea quia ad vitam simpliciter sunt & dicuntur necessariæ, non actionis tantùm necessitate ut pulmones, Diaphragma, ventriculus & renes, sed usus etiam & officii ut aspera arteria, Gula, intestina & vesica.

Pulmones flabellum Cordis, & culcitra, rarâ spongiosâque sui substantia dum attracto aëre, diducuntur, integrum thoracis replent spatium, mediastini interventu in dextrum, sinistrumque lobum divisi, vasa habent insignia è dextro statim, sinistroque vicini cordis ventriculo immediatè in utrumque lobum distributa, ex illo quidem venam arteriosam; ex hoc vero arteriam venosam, copioso, culido ac spirituoso sanguine turgentia, Actio ipsorum singularis & ad vitam simpliciter necessaria est; respiratio scilicet; qua ei pulmonibus, diaphragmatis musculorumque intercostalium ministerio, per asperam arteriam aër pro vitalis coloris ventilatione, attrahitur; assiduus verò cum fuliginibus ne iisdem lædatur cor, exspirat & redditur, cui actigni providè satis accommodata est, aspera dicta arteria & fistula spiritalis (Germanis die Lufft-Röhr) utpote quæ ex membranosa &

cartilagineâ constat substantia, cujus caput faucibus coherens larynoc, corpus verò reliquum pe colli anteriora in pulmones variè distributum Bronchus dicitur, & äeris attrahendi via vocis verò & sonorum aptum satis cum Pulmonibus instrumentum est.

Quamvis autem pulmones in censum ac numerũ partium nobilium non veniant, tantum tamen ipsorum, quod vitæ præstant officium, ut part aliæ somno facillare & quiete, desiderint, & ip etiam, propterea ab actione sua quiescant, pulm nes nihilominus continuata inspiranti & exspira di serie, suo fungantur munere, & toti proindè turæ suâ ope perpetuo prospiciant, ita ut ipsis p pterea primus inter partes ad vitam simpliciter cessarias, locus iure concedatur optimo.

Quibus præmissis, quid de pulmonum vulı statuendum sit, sequitur, scilicet, substantiam dem eorum, quod attinet, vulnera ipsius etiam s riter vasa minora læsa sint, vulnusque pene pro legalibus tamen non habeo, cum sanguis vulnus extravasatus vim per quã excerni possit, h at, reliquus verò, ut in hæ mophtysi, fluere vel s te cesset, vel sisti tamen & inhiberi facilè q ut Billo contigit, qui in dorsum vulneratus, et spiritus multus & sanguis multus ex vulnere dierit, curatus tamen est, accedit & hoc

vulnerato uno pulmonum lobo in locum & officium vulnerati, cedat ac veniat alter, positoque vulnus magnum esse, hæmorragliam fieri recidiuam, aliaque temporis protractu supervenire symptomata, lethale tamen non est, sed qui ita vulnerati sunt superveniunt ut plurimum, plerumque tamen fiunt empiici & moriuntur demum phthisici.

Quæ verò profunda sunt & substantiæ & vasis pulmonum pariter maioribus infliguntur vulnera, veræ puta Arteriosæ, venosæ; ea ut plurimum θανατοφόρα & Lethalia esse, certum est, cum vasa hæc magna non tantum, sed cordi, vitalis caloris fonti, maximè etiam vicina, inque imo pectore & pulmonum basi sita sint, ita, ut nec manu nec medicamentis, commodè, & ut artis est, insigni subuenire hæmorragliæ concessum sit; unde cum sanguis ex vulnerato vase in thoracis ruat capacitatem, pulmones vivifici huius nectaris influxu destitutos & â diffluentis circum circa sanguinis sinceri, ac congrumati, copiâ pressos, & impeditos ab actione sua, quæ tamen ad vitam simpliciter necessaria est, remittere paulatim, animadvertitur, & quamvis propria ipsis dicatur respiratio, solius tamen cordis gratiâ ab opifice ordinata, ea

creditur, quod ipsum propterea, pro meliori ctionis & officii huius expeditione ex ipsa statin suâ vasa pulmonibus largitur insignia, ac per ea guinem, spiritusque copiosè suppeditat.

Accedit, quod, cum Parenchyma pulmo humidum in que continuo vasis motu sit ac san Pus & sordes, non nisi per tussim evacuari- pos summè difficilis vel planè impossibilis sit ip vasorum præcipue consolidatio, præse ubi, ex vasis majoribus in simul vulneratis, gne sanguinis excitatur profluvium, unde, cum dicamenta ægrè admodum ad locum vulnera proveniant, ideoque parum etiam proficere sole vitalium suboritur spirituum dissipatio inevitab ob vicini cordis sympathiam virium prostratio, mi Reliquium, Syncope, Mors, aliis quidem, circumstantiarum ratione tardius aliis citius.

Canalem autem, per quem pulmones aër attrahunt superfluumque cum fuliginibus, rum exspirant asperam scilicet arteriam quod c cernit, eam in partem internam, quæ in thor est & externam, quæ in anteriore cervicis, vel c li parte conspicitur, dividendam censeo, & ea p pter vulnera partis asperæ arteriæ internæ pro su mè periculosis, externæ verò minus, neutrum tam pro lethali habeo, cum interna pars vulnerata n lis externis objecta sit alterationibus ac in juris, virtute roboris naturæ, benignisque vitalium pa um fomenti vel sponte coalescere queat vel juv

ri t

ri tamen natura, in consolidando, arte possit, externa verò vulnera, utpote quæ sensibus judicantur manuque tractari & remediis absque ullo valeant impedimento, sanari possint facile.

Verùm hæc omnia cum conditione dicta scias, nimirum de sola asperæ arteriæ ad intelligendum esse membranosa & cartilaginea substantia, non verò de partibus illis, quæ cum ea firmissimo coherent nexu, ut sunt in thorace quidem arteriæ magnæ truncus ascendens & maxima gulæ portio, extra thoracem verò & in anteriore cervicis, vel colli parte, rami jugulares, arteriæ carotides & gula ipsi subjacens, vasa enim hæc si cum aspera simul arteria, vel in thorace præprimis ipso, vel exterius in cervice, & per transversum præcipue vulnerata sint, cùm, ob suffocationis periculum, ligaturam, sanguini sistendo necessariam non admittant, & Arteria ob siccitatem atque duritiem, motumque continuum difficillimè coalescat, lethale est, ut plurimùm, sinsecus & si debitè tractetur vulnus, restituuntur vulnerati & vivunt; sic juvenis, inopinatam Nuptiarum repulsam passus, violenta manu præcisis ferro obviis

manente , diu perferre non potest , vuln
si pentret , ob læsum & vulneratum nobilissim
actionis organum , nobilissima ipsius læditu
actio ; citò inflammatur , quia viscus est o
mnium calidissimum ; vulnus manu tractar
loci recusat profunditas , quod ipsum tamen , o
continuum in pulsu motum , sponte coalescer
nequit ; spiritus vitales & balsamum viviticur
quibus integrum turget cordis parenchyma , cit
dissipantur & abeunt, vndè subito caloris nativi re
solutio, dissipatio, animi deliquium, Syncope
Mors matura.

Altius verò & vel in ipsas auriculas vel ventriculos ; & sinistrum inprimis ; si penetraverint Arma, statim atque inflictum vulnus est, & absque vllo præuio notabili symptomate dissolutisque in momento omnibus vitæ vinculis ; & turbatâ subitò totius cordis & corporis œconomiâ examinantur vulnerati , moriuntur , pereunt necessario ; cùm contra tantam Martis violentiam ipsi primùm viventi & vltimùm morienti illatam nihil valeat artis efficere vigilantia , ita vt pro miraculo habeatur , si vita ad alterius diei vsque prolongetur terminum.

Vasa denique cordis quod spectat è basi statim ipsius porrecta eorundem , non minus, vtpote quæ humanæ naturæ fontes sunt , ex quibus flumina

flumina excurrunt, quibus totus irrigatur corporis alveus, vulnera ſimpliciter & abſolutè Lethalia eſſe ſtatuo, cum Cordi, vitæ principio vicina nimis ſint, & calidiſſimum & ſpirituoſiſſimum vehant, ac diſtribuant ſanguinem, vnde ex inflicto ipſis vulnere, immedicabile ſtatim ſanguinis & ſpirituum, qui, arteria ſi vulnerata eſt, cum quadam quaſi ſaltu exſiliunt, excitatur, diffluvium, ex quo ſubitus virium lapſus, ſudor frigidus, facies Hippocratica, animi deliquium, ſyncope, Mors. Quod ipſum de maioribus etiam aſcendentis Arteriæ magnæ & venæ cavæ ramis, ſubclaviis puta, jugularibus internis & carotidibus, intelligo, ipſorumque vulnera pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habeo; inſignes enim cùm ſint & ipſum ſuâ diſtributione thoracis profundum occupent copioſum & ſpiritibus turgidum, vehunt ſanguinem; ita, vt vulneratis illis, ſubita eaque copioſa perveniat ſanguinis extravaſatio, & ſpirituum diſſipatio, cui nec ligaturis nec aliis remederi licet auxiliis; vnde vires vena ſi vulnerata pedetentim, citiùs, ſi Arteria, proſternuntur & pereunt, vulnerati linquuntur animo fiunt, ſyncoptici moriuntur placidè. Infimus venter, quod plura in eò abdita & recondita ſint viſcera, abdomen dictus, præter alias, quæ ad conſervationem individui partim, partim verò propagationem ſpeciei faciunt, Epar inprimis continet, quod ex veterum maximè ſententiâ, tertium inter partes humani corporis principes locum obtinet;

net ; & quamvis ex Principum numero planè excludere illud, religio fit, insignis tamen ipsi cum corde & cerebro intercedit nobilitatis disparitas.

Situm autem est Epar in dextro hypochondrio, ex proprio insignis magnitudinis paranchymate, propriâ investito tunicâ, constans, quod Gibba sui parte diaphragma, cavâ vero, quæ fellis vesiculam fovet, ventriculum & intestina respicit. E vasorum genere venæ imprimis, in eo natabiles, cavæ scilicet Truncus, ramique insignes & vena portæ, eiusque rami, arteriæ verò exiles ac nervi & ipsi vix conspicui sunt, actio tandem ipsius sanguificatio, spiritusque naturalis (si quis ex Neotericorum sententia datur) elaboratio est.

Quemadmodum autem de disparitate nobilitatis dictum, sic vulnerum quoque Epati inflictorum dispar omninò est ratio, ita vt vt illa tantum Epatis vulnera pro simpliciter & absolutè lethalibus haberi, statuatur quibus vel truncus vel rami maiores venæ cavæ in gibba, vel vena portæ, maioresque eius rami in cava ipsius parte, lædantur, quemadmodum Delphensi, qui ex vulnerata vena portæ citò obiit, contigisse legitur, sola enim, si epatis substantia, eiusve tantum superficies, vt Sennertus loquitur, vulnerata, nullusque insimul ex ramis maioribus læsus sit, lethale simpliciter & absolutè non est, quia totum Epar solidum, nullisque præter vasa vel cavitatibus vel ventriculis, cordis instar, distinctum est, vnde vulnera, soli substantiæ inflicta, nec cum tanto san-

ſanguinis fiunt profluvio, nec ita difficilè ſed ſuâ ſponte coaleſcunt, vel ſanari tamen arte poſſunt.

Sin verò ſubſtantia pariter & vaſa profundè vulnerentur maiora, cavæ ſcilicet Truncus vel rami ipſius maiores, vel vera portæ inſigneſque eiusdem rami, vel ipſa etiam Bilis veſicula, vt pote quæ cavum Epatis, vaſorumque maiorum occupat viciniam & ſubſtantiæ nervoſæ contentæque bilis ratione difficillimè conſolidatur, ſimpliciter & abſolutè lethale eſt, cum ſanguis, ob loci incommoditatem, nec ſiſti, nec vulnus, ob læſionem complicationem tractari queat debite nihilque propterea reſtat, quàm vt præter remedia applicandi impoſſibilitatẽ, vomitus ac deiectiones cruentas, deperditis cum ſanguine viribus, ipſa brevi exſpiret anima, ſicut ille qui, iaculo in iecur immiſſo, vulneratur, priusquam concio dimitteretur (hoc eſt vbi frequens adhuc forum erat) cum primâ luce vulneratus eſſet, exſpiraſſe dicitur.

Etſi autem hîc commodam ſatis de liene quoque dicendi eſſet occaſio, ſuperfluum tamen eſt, ſi vel de ipſius ſtructura, vel vulnerum ipſi inflictorum qualitate, plura quàm de Epate iam relata ſunt, dicerentur, cum ea omnia ob ſtructuræ & actionis vtriusque viſceris analogiam & ſimilitudinem ad Lienis quoque vulnerati conditionem applicanda cenſeantur, ipſi vſque proindè vulnera, ſi ſoli infligantur ſubſtantiæ, pro periculoſis, ſin verò maiores vaſo-

vasorum, arteriarum in primis, quarum co
Lien gaudet, vulnerentur rami, pro si
pliciter & absolutè lethalibus pariter habea
tur.

Quemadmodum eundem etiam in m
dum descendentium Arteriæ magnæ & ver
cavæ truncorum, maiorumque ipsorum r
morum, splenici puta, Mesenterici emulge
tium inprimis & iliacorum vulnera simplic
ter & absolute lethalia sunt, cum vasa hæc
ma abdominis occupent, ac profluente
proindè ex ipsorum vulnere sanguinem inh
bere, nec artis, nec manus dexteritas, ne
doctum sufficiat consilium.

Sed huc vasa quoque vmbilicalia in re
cens natis infantibus pertinere existimo
vt pote quorum vel neglectâ vel perperam
& malitiosè administratâ præcisione, fre-
quens sanè committitur infanticidium, sive
enim planè negligatur præcisio, sive
vmbilicus decenter minus aut planè non
deligetur, subitò sanguinis & spirituum
diffluvio moriuntur miselli ac pere-
unt.

De

De partibus quæ nobiles quidem non dicuntur, ſine quarum tamen ope, uſu & officio, partes principes vitam ſolæ ſervare & conſervare nequeunt; plura non addo, ſed Lectorem ad ea quæ cap. 2. de iisdicta ſunt, remitto, præterquam quod, alterum eas lethalitatis ſubjectum, conſtituere aſſeram, idque propterea quia ad vitam ſimpliciter ſunt & dicuntur neceſſariæ, non actionis tantùm neceſſitate ut pulmones, Diaphragma, ventriculus & renes, ſed uſus etiam & officii ut aſpera arteria, Gula, inteſtina & veſica.

Pulmones flabellum Cordis, & culcitra, rarâ ſpongioſâque ſui ſubſtantia dum attracto aëre, diducuntur, integrum thoracis replent ſpatium, mediaſtini interventu in dextrum, ſiniſtrumque lobum diviſi, vaſa habent inſignia è dextro ſtatim, ſiniſtroque vicini cordis ventriculo immediatè in utrumque lobum diſtributa, ex illo quidem venam arterioſam; ex hoc vero arteriam venoſam, copioſo, culido ac ſpirituoſo ſanguine turgentia, Actio ipſorum ſingularis & ad vitam ſimpliciter neceſſaria eſt; reſpiratio ſcilicet, qua ei pulmonibus, diaphragmatis muſculorumque intercoſtalium miniſterio, per aſperam arteriam aër pro vitalis caloris ventilatione, attrahitur; aſſiduus verò cum fuliginibus ne iisdem lædatur cor, exſpirat & redditur, cui actigni providè ſatis accommodata eſt, aſpera dicta arteria & fiſtula ſpiritalis (Germanis die Lufft-Röhr) utpote quæ ex membranoſâ &

cartilagineâ constat substantia, cujus caput fa
bus coherens larynoc, corpus verò reliquum
colli anteriora in pulmones variè distributum Br
chus dicitur, & äeris attrahendi via vocis ve
sonorum aptum satis cum Pulmonibus instrum
tum est.

Quamvis autem pulmones in censum ac nu
rũ partium nobilium non veniant, tantum tame
ipsorum, quod vitæ præstant officium, ut pa
aliæ somno facillare & quiete, desiderint, & i
etiam, propterea ab actione sua quiescant, pulm
nes nihilominus continuata inspiranti & exspir
di serie, suo fungantur munere, & toti proindè
turæ suâ ope perpetuo prospiciant, ita ut ipsis p
pterea primus inter partes ad vitam simpliciter
cessarias, locus iure concedatur optimo.

Quibus præmissis, quid de pulmonum vulne
statuendum sit, sequitur, scilicet, substantiam qu
dem eorum, quod attinet, vulnera ipsius etiamsi p
riter vasa minora læsa sint, vulnusque penetre
pro legalibus tamen non habeo, cum sanguis p
vulnus extravasatus vim per quã excerni possit, hab
at, reliquus verò, ut in hæ mophtysi, fluere vel spo
te cesset, vel sisti tamen & inhiberi facilè quea
ut Billo contigit, qui in dorsum vulneratus, etiam
spiritus multus & sanguis multus ex vulnere pro
dierit, curatus tamen est, accedit & ho c quo
vul

vulnerato uno pulmonum lobo in locum & officium vulnerati, cedat ac veniat alter, positoque vulnus magnum esse, hæmorragliam fieri recidiuam, aliaque temporis protractu supervenire symptomata, lethale tamen non est, sed qui ita vulnerati sunt superveniunt ut plurimum, plerumque tamen fiunt empiici & moriuntur demum phthisici.

Quæ verò profunda sunt & substantiæ & vasis pulmonum pariter maioribus infliguntur vulnera, veræ puta Arteriosæ, venosæ; ea ut plurimum θανατοφόρα & Lethalia esse, certum est, cum vasa hæc magna non tantum, sed cordi, vitalis caloris fonti, maximè etiam vicina, inque imo pectore & pulmonum basi sita sint, ita, ut nec manu nec medicamentis, commodè, & ut artis est, insigni subuenire hæmorragliæ concessum sit; unde cum sanguis ex vulnerato vase in thoracis ruat capacitatem, pulmones vivifici huius nectaris influxu destitutos & â diffluentis circum circa sanguinis sinceri, ac congrumati, copiâ pressos, & impeditos ab actione sua, quæ tamen ad vitam simpliciter necessaria est, remittere paulatim, animadvertitur, & quamvis propria ipsis dicatur respiratio, solius tamen cordis gratiâ ab opifice ordinata, ea

ri tamen natura, in consolidando, arte possit, externa verò vulnera, utpote quæ sensibus judicantur manuque tractari & remediis absque ullo valeant impedimento, sanari possint facile.

Verùm hæc omnia cum conditione dicta scias, nimirum de sola asperæ arteriæ ad intelligendum esse membranosa & cartilaginea substantia, non verò de partibus illis, quæ cum ea firmissimo coherent nexu, ut sunt in thorace quidem arteriæ magnæ truncus ascendens & maxima gulæ portio, extra thoracem verò & in anteriore cervicis, vel colli parte, rami jugulares, arteriæ carotides & gula ipsi subjacens, vasa enim hæc si cum aspera simul arteria, vel in thorace præprimis ipso, vel exterius in cervice, & per transversum præcipue vulnerata sint, cùm, ob suffocationis periculum, ligaturam, sanguini sistendo necessariam non admittant, & Arteria ob siccitatem atque duritiem, motumque continuum difficillimè coalescat, lethale est, ut plurimùm, sinsecus & si debitè tractetur vulnus, restituuntur vulnerati & vivunt; sic juvenis, inopinatam Nuptiarum repulsam passus, violenta manu præcisis ferro obviis

asperæ arteriæ Cartilaginibus, sed illæsis venis jugularibus & arteriis caroditibus, facilè curatus est, id quod vel gallinarum pecudisque mactandæ exemplo probatur quotidie, dum, quibus sola cultello inciditur aspera arteria, vivos abire & supervivere, quibus verò vasa per transversum simul pertusa sunt, illicò emori cernimus, cuius vel in homine etiam Laryngotonica testis est.

Cæterum sub aspera arteria Gula est, canalis, sui generis membranosus, qui ex faucibus musculoso principio proveniens, vertebrarum cervicis & thoracis dorso firmiter adhæret, circaque undecimam thoracis vertebram Diaphragma transit & sinistro ventriculi inseritur orificio, usus & officium ipsius est, & per eum tanquam per infundibulum alimenta, cibus & potus ad ventriculum transeant, quæ verò musculorum ratione, ipsi adscribitur Actio, Alimentorum dicitur deglutio.

Vulnera verò ipsius quod attinet, quamvis existimarem, raro satis solam vulnerari gulam, cum æquè in cervice, quàm in thorace,

race, plurimæ circa eam reperiantur partes, quibus qu. præmunitus Oesaphagus solus vix vulnerari potest, quin superiacens inprimis ipsi aspera in simul arteria, partesque consauciencur ailæ.

Quod si tamen solam, perque transversum præsertim vulnerari gulam contingat, lethale illud vulnus est, cùm statim atque inflictum gulæ vulnus est, præter medicamenta applicandi in commoditatem, duo urgentia emergant symptomata, dolor scilicet vehemens, tumorque insignis, iste ob membranosam Gulæ substantiam, hic verò ob eiusdem crassitiem atque soliditatem, unde gulæ cessat actio, usus & officium alimentorum scilicet deglutitio, ac transitus, utrumque ob dolorem partim, partim ob tumorem, ut pote qui deglutitionem impediunt & alimentorum transitum intercipiunt, Maximè verò quod vulnus est, quippe per quod alimenta & quæcunque assumuntur, exeunt, spatia aliena occupant, putrescunt, variaque in ducunt symptomata. Quibus succedit non minus respirationis difficultas & imminutio; quò maius enim incrementum sumit tumor, ea major etiam respirandi difficultas, maiusque suffocationis periculum

culum est, ita, ut urgente hac symptom
syndrome, paucorum dierum spatio p
tandem vulneratum oporteat.

Gulæ autem priusquam illa in abdo
descendat, diaphragma proximum est, q
sepimenti instar, ambitu ferè circulari,
dium infimumque ventrem invicem di
guit, septum inde transversum dictum. S
stantia ex majore parte musculosa caro
intermedia verò portio ex pleurâ, quà tho
cem & peritonæo, quà abdomen spectat,
carnis planè & membranosa est, vasa ha
non infimæ notæ magnitudinis & vicinis
tim venæ cavæ & Arteriæ magnæ Trunc
prodeuntia, *phrenica* dicta: Nervos insu
insignes ac peculiares à cervicis nervoru
plexu rectà descendentes, unde exquisiti
mus in eo sensus, insignisque cum capite co
sensus est, præclara verò in juvando & exp
diundo Respirationis negotio ipsius actio e

Vulnera autem vel carnosam ipsius petu
circumferentiam vel membranosum ejusd
penetrant centrum, ex quibus prius pericu
losum satis, posterius verò lethale est ut plu
rimum

rimum, teste Galeno, qui dicit: transversi septi vulnera in carnosis quidem partibus subinde coalescere sunt visa, ejus motu non obstante, quæ verò in nervosis ejus hærent, insanabilia sunt.

Cùm enim membranosa ista diaphragmatis, portio exquisitissimi sensus sit, motus item ipsius ad respirationem, vitamque pariter ipsâ, summè ac simpliciter sit necessarius adeoque continuus, ipsumque cor, solius interventu pericardii, validè ipsi cohæreat, cerebrumque per nervum non minùs, quàm cor per arterias, maximè consentiat, & excitata à vulnere tussis consolidationem impediat, fieri aliter non potest, quin inflicto statim vulneri vehementissimus superveniat procordiorum dolor, cordis, ob vicinitatem, anxietas, insignis respirationis læsio, (cum moveri ob dolorem, vulneratum diaphragma nequeat) inflammatio, Febris, delirium, convulsio, ex quibus perit vulneratus & moritur.

Porrò sub diaphragmate, in Regionis Epigastricæ medio, conspicuus satis est ventriculus, qui ex membrano-carnosa constans substantia, formâ utriculari, magnitudine variat, divisus in orificium superius, quod si-

niſtrum & inferius quod dextrum eſt, & in cavitat
inſignem, quæ fundus dicitur, orificio ſuperiore
læ, inferiore inteſtinis connectitur. Actio
pſius eſt alimentorum concoctio & in chylum co
verſio, è quibus apparet, vulnera ipſius vel in fund
vel in alterutro ejusdem fieri orificio. Fundem
cavitatem quod ſpectat, cum partium ipſius una, e
demque non ſit conditio, pro inſtituti ratione,
ſuperiorem in inferiorem (fundum propriè dictam
& partes laterales dividendum, cenſeo; hinc ſi ſ
periorem & quæ diaphragma reſpuit, vulnerari pa
tem, contingat, præſertim, quo remotiùs ab ori
cio vulnus eſt, curari, quamvis difficulter ſatis & ſ
pervivere vulneratum poſſe, ex Gal ſententia larg
or, ſi verò vel laterales ipſius partes vel fundus præ
primis propriè ſic dictus, vel alterutrum ejuſden
neretur orificium, vulnusque in cavitatem usqu
penetret, lethale eſt, ut plurimum.

Concoctio enim cum in inſtanti fieri nequeat, ſed
alimenta quandam præſupponant & requirant in
ventriculo moram, unde retentrice etiam donatus eſt
Facultate ventriculus, oportet ſanè, ut ingeſta reti-
neat alimenta, amplectatur & foveat, quod ipſum
verò vulneratus ita effectum dare nequit, quia ſi
alterutrum ipſius perfoſſum latus eſt, læduntur fi-
bræ, quæ retinent & alimenta vel chylus per vulnus
exeunt, ſi fundus ſanguis ob venas & arterias co-
pioſè ibidem diſtributas, confertim profluit, unde
vomi-

vomitiones & dejectiones cruentæ, ac cruoris in spatiis abdominis collectio, alimenta cruda statim per vulnus in loca vicina labuntur ac decidunt, ex orificiis autem si superius, exquisitus, ob copiosam nervi insertionem, excitatur dolor, ac lethalia satis ob singularem cum corde & cerebro, per nervum septi paris, consensum excitantur symptomata, singultus puta, vomitus, extremorum frigus, sudores syncoptici & convulsiones, nec non insignis, ob substantiæ crassitionem, fit tumor, unde læditur appetitus, & si quid assumatur, vel à tumore intercipitur & non admittitur, vel ægrè vix admissum, priusquam ad cavitatem pertingat, ex vulnere in abdomen profluit & delabitur: si verò inferius vulneratum sit orificium, præter dolorem ac tumorem chyli læditur distributio, cum alimentaris massa quæ naturaliter ex ventriculo per inferius hoc orificium ad intestina tenuia distribui soleat, ex vulnere hoc & ipsa in abdominis spatia defluat. Unde ut contraham quod dictum est, ex tali ventriculi vulnere, substantiæ alteratio, temperamenti destructio, dolor, tumor, inflammatio, febris, singultus, vomitus, concoctionis læsio, impedita concoctorum distributio, alimentorum chylique in abdominis spatia delapsi putredo, fœtor ingens ex vulnere, partium corruptio, nutrimenti denegatio, virium lapsu & prostratio, Mors;

quæ

alimentis concoctum est, crassorum verò colligere primæ concoctionis excrementa, eaque pro ut necessitas urget, retinere, ac debito tempore per alvum reddere atque dejicere.

Vulnera eorundem penetrantia, tenuium inprimis, lethalia sunt ut plurimum. Dico tenuium inprimis; quia per ventriculi inferius orificium, pylorum dictum, totus in illa immediatè distribuitur chylus, ab iisque recipitur, fovetur, & eò usque asservatur, donec optima ipsius pars, per vasa lactea, copiosè satis in ea distributa attrahatur & rapiatur ad Mesenterium. Jam ergò si vulnerari ea contingat, vulnus verò, ob situs incommoditatem, nec manu perfuturam consui, nec quâvis artis lege tractari decenter possit, pars vulnerata alteratur, (sie lauffen an/) frigida, humida & exsanguis est, & præsertim si pro mineat ex vulnere & foras exeat, inflammatur ob vasorum copiam, dolet, ob nervosam substantiam, Chylus ex vulnere exit, & in abdominis spatia defluit, unde nutritionis cessatio, virium dissolutio, Chyli ex vulnere prolapsi putredo, intestini vulnerati corruptio, Gangræna, fætor ingens, animi, ob cordis consensuum ac virium imbecillitatem, deliquium, syncope, mors, eoque citius, quo vulnus vel per διακοπὴν & transversum, vel majus & profundius, ac jejuno præprimis inflictum est, utpote in cu-

cujus substantia, nervosa planè, non ingens solùm dolor, tormina, ac, ex ventriculi consensu, singultus, aliaque funesta excitantur symptomata, sed nulla propemodum sanandi spes suboritur, cùm vasa propterea recipiat insignia, dictusque biliosos copiosè admittat, unde, si, præter jam dicta, insigne quoque subsequatur sanguinis profluvium, ac biliosorum vomitus & dejectio, quid mirum est?

Crassorum autem & cæci præprimis, quod monoculum est, ac coli quod attinet vulnera, illud, cum pusillum satis sit, & vermi formis instar processus, inter ileum, colonque propendeat, vix vulnerari existimo; quod si tamen id contingat, leviusculum vulnus summè periculosum, magnum verò lethale non minùs quàm intestini coli, ut plurimum esse, statuo, quamvis enim cæcum exiguum & tenellum sit intestinulum, commune nihilominus cum crassis reliquis sustinet officium; Colon verò omnium maximum & commune flatuum ac excrementorum alvi receptaculum est, unde vulneratis iis, tanquam partibus, ad vitam simpliciter necessariis, fœtida

tida iſta alvi excrementa & flatus, nec colligi amplius nec retineri, pro arbitrio in iis poſſunt, ſed exeunt per vulnus, ac præter ea, quæ de inteſtinis tenuibus dixi, ſymptomata, maximus ſtatim inducitur in vulnerata parte fætor, ſpirituum infectio & inquinatio, ſanguinis per alvum dejectio, & miſerrima ita vitæ conſummatio.

Quoad recti verò inteſtini vulnera, anceps ſum, illaque quæ in ipſius parte fiunt, quà membranoſa ſua ſubſtantia colo adhuc vicinum eſt, & magna inprimis ac pro funda ſunt, ut plurimum lethalia pronuncio; Quæ verò poſtremæ ipſius & ubi muſculi inſeruntur, infliguntur parti, ſanabilia eſſe cenſeo, cum illa fiant in membranoſa & exſangui, adeoque difficulter ſanabili, hæc verò in carnoſa qu. inteſtini ſubſtantia, ubi vel ſponte coaleſcere vulnus ſolet, vel convenientibus tamen per alvum, vel in ipſum dejectis & applicatis tractari & ſanari poſſit remediis.

Ne verò multiplici gyrorum tractu, per abdominis vacuum diſcurrentia inteſtina, cum ſanitatis diſcrimine confundantur &

tur &

tur & convolvantur prudenter satis à sapientissimo corporis nostri Architecto interpositum ipsis est mesenterium, cujus substantia membranosa, copiosâ pinguedine, insignique glandularum serie donata est, & vasa à venæ postæ & arteriâ magna, mesenterica ampla satis & conspicua, nervosque pariter varios recipit, ac venas sibi proprias fovet lacteas, ita ut, pro colligendis & continendis partim intestinis, partim verò pro chyli per venas lacteas distributione factum præcipuè esse dicatur Mesenterium.

Cujus equidem vulnera, si solas ipsius penetrent tunicas, pinguedinem ac glandulas & magna atque profunda sint, periculosa quidem lethalia tamen vix dicerem, nisi, vel vasa ipsius majora, Arteriæ præprimis vel partes in simul consauciatæ fuerint, aliæ, quemadmodum fieri vix possibile est, quin læso Mesenterio, intestina offendantur, & ipsa; id quod de ipso etiam intellectum velim pancreate.

Ulti-

Ultimum tandem inter partes ad vitam ſimpliciter neceſſarias locum, renes cum veſica occupant, illi quidem in lumbari abdominis regione, dexter ſub Epate, ſiniſter ſub liene, ſiti ſunt, ſubſtantia ipſorum proprium parenchyma eſt figura phaſeolum referens, vaſa, quæ partim ad eos diſtribuuntur, partim verò ex iisdem proveniunt, habent inſignia; cum ex deſcendentibus venæ cavæ & arteriæ magnæ truncis; Rami emulgentes dicti, in utriusque renis cavum abeant, ex utroque verò canalis notabilis, *ureter* dictus, ad veſicam uſque prodeat, & Renes ipſi per illa ſuperfluam in maſſa ſanguinis ſeroſitatem facultate & virtute ſibi propria, ad ſe trahant, per hos verò ſerum omne, quod attractum eſt, per papillares carunculas ad infundibulum percolatum, ac veſicam transmittant urinariam.

Vulnera proindè Renum quod ſpectat, & hic limitatione opus eſſe reor, ſcilicet cum per inflammationem & exulcerationem, alterutrum ex renibus abſque vitæ tamen diſpendio, planè conſumptum fuiſſe ac defeciſſe, Anatomicorum teſtetur auctoritas, vulnera propterea ſolius Renalis ſubſtantiæ & parenchymatis, niſi magna & profunda ſatis, & cum inſigni conjuncta ſint inflammatione, lethalia non ſunt, præſertim cum binos inde Renes providus conſtituerit Opifex, ut, læſo, vel ulcere planè conſumpto, uno, in officium & functionem ſuccedat, & ſuccurrat alter.

Si verò cum substantia vasa simul emulgen
& inprimis ubi sinum Renis ingrediuntur
vicina adhuc suo sunt principio, consauci
sint vulnera, ob insignem & immedicab
lem hæmorraghiam inprimis læthalia sunt i
plurimum.

Alia verò ureterum vulneratorum est r
tio: sive enim Ureter per longitudinem vu
neretur, sive per transversum, & ita quiden
ut ex vulnere inflicto planè pereat, ac cess
ipsius usus & officium, lethalitatem tamen p
se id inducere, non dicerem: quamvis enii
ob inductam ureteri vulnerato cicatricem, &
ab ea provenientem meatus obstructionen
ipsius etiam Renis, cuius ureter vulneratus es
actio impediatur ac cesset; nihilominus ta
men alter alterius Renis ureter in vulnerati lo
cum succedere, ipsiusque vice fungi dicitu
quippe quæ succedanei officii ratio in aliis no
minus, quas binas fecit optimus Plastes, ob-
servatur partibus; nec obstat, quod dicitur
vulnerato uretere, exire serum in spatia abdo-
minis, ibidemque protractu temporis, putresce-
re, corrumpi, variaque exinde produci posse sym-
ptomata; cum notum sit, seri ex Renibus per
Ureteres ad vesicam transitum non fieri confe-
stim, sed percolari, & vel parum proinde seri,
quod tamen à partium calore resolui, absumi,
& dissipari facilè potest, in Abdominis transire
spatia, vel commodam statim vulnus consolidan-
di præberi ansam.

Ipsa-

Ipsaque denique vesica, in abdominis pelvi collocata, ex membranosa constat substantia & in cervicem musculosam vel carnosam ac fundum membranosum dividitur; facta, ut serum à Renibus ex uteribus per binos meatus, eosque obscuros satis, ac veluti conniventes in se recipiat; illudque deinde, vel copia; vel acrimonia ejusdem irritata sub urinæ forma, fibrarum musculorumque beneficio, reddat, atque excernat.

Ex cujus structura quid de vulneribus ipsius statuendum sit, colligere non est difficile; scilicet si vulnus cervici inflictum sit, sanari istud posse, nullum est dubium; quod vel cervicis in calculosis exulceratio, vel sola docere videtur calculorum in vivis exsectio, utpote à quibus ægrotantes, modò debitè, ac lege artis fiant omnia, curantur & restituuntur plurimi. Et hæc ratio fuit, quòd miles iste in vesica vulneratus, etiamsi ex femore mingeret, curatus fuerit. Sin verò membranosus vulneretur vesicæ fundus & quidem per διακοπὴν, quæ divisionis ac læsionis magnitudinem significat, vulnusque in cavitatem usque penetret, lethale est ut plurimum; Cum vesica vulnerata non tantum ratione membranosæ suæ substantiæ, dolorem acerbum, inflammationem, febrem, & convulsionem inducat, sed fundo etiam suo imam occupet Abdominis pelvim & vulnus propterea nec sutura, nec vinculis stringi, nec, cum madeat

perpetuò, & sauciata ab urinæ acrimonia læd tur insigniter, medicamentis cicatrix tam ci induci queat, quin ex vulnere urina omnis, qu alias in matulam excerni deberet, in abdom profluat, ibique retenta & collecta, præt alia symptomata, insignem, hydropicoru more, ventris tumorem excitet, viscerum ten rem destruat; calorem nativum restinguat, vulneratos ita miserè perire faciat.

Quod reliquias tandem (quas ipsas attinge re fas est) in thorace & abdomine restitante concernit partes, Mediastinum puta; omen tum, Peritonæum; uterum, cum vasis sperma ticis & testes; vulnera earundem periculosa e quidem, lethalia tamen non sunt; cum nec no biles nec ad vitam simpliciter necessariæ sin sed ad fomentum solum & robur aliarum par tium faciant, ut Mediastinum Peritonæum, & omentum; vel propagationem sobolis respi ciant, ut reliquæ; ita, ut, præcisa maxima omen ti, quod prolapsum ex vulnerato abdomine ne cessariò computrescere dicatur; parte; corru ptio item ex causis internis; vel planè remoto utero, & resectis testiculis, salvam nihilominus remanere vitam, constet, ac manifestum sit cui-libet.

Ne verò vulnerum partibus corporis hu-mani internis tantum inflictorum lethalitatem attigisse, externas verò & quæ extrema dicuntur, sicco planè præteriisse pede videar, de illis non minus,

minus, & qua ratione in partibus extremis vulnera fiant & contingere queant lethalia, dicere & finem ita negotio imponere fert animus. Externarum autem partium nomine, habitum corporis, communia ista humani corporis tegumenta, cutem puta cum sua cuticula, pinguedinem cum panniculo carnoso, musculosque cuilibet parti proprios, intelligi; extrema vero artus denotare, & manus, pedesque complecti, non est, quod ulterius demonstrare allaborem.

Quæ omnes, etiamsi ad perfectum actionum humanarum requirantur exercitium, respectu aliarum tamen & de quibus hactenus dixi, ipsis nec singularis competit Nobilitas, nec summa, & simpliciter ita dicta ad vitam necessitas; unde nec gravia maximè, vulneratis iis superveniunt symptomata, nec difficilis admodum ipsorum est sanatio; ita ut propterea etiam neque in vulnerum lethalium venire soleant censum ac numerum.

Sed cum multos nihilominus ab externo, 6
eoque ut videtur, nullius momenti vulnere perire, ac emori, quotidiana testetur experientia, quænam insperati eventus hujus causa sit, ac ratio, dicere operæ precium pariter, ac necesse esse existimo. Recordor autem hic, Hippocratem prudenter satis ac scitè innuisse, non Medicum tantum oportere, ut ad ea quæ decent, facienda,

promptum se exhibeat, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, κ τὰς παρέοντας, καὶ τὰ ἔξωθεν, sed ut ipse etia patiens & adstantes, & externa ita se gerant, habeant, ut Curatio bene suscipi, decenterq & sine ullo impedimento, absolvi queat; und quemadmodum in aliis membrorum curati nibus non Medici tantum requiritur diligent & prudentia, sed necesse est, ut & patiens obse quiosum se præstet, & adstantes, sive amici sin sive curam ægrotantium habeant, nihil vel fa ciant, vel intermittant, vel permittant, ni quod salutare & curationi conveniens est; ipsa que tandem externa (hoc est, quæ foris contin gere possunt, ut sunt aëris & loci mutatio, erro circa Diætam, ira, commotio, terror & (ut Ga len. loquitur) sexcenta alia, ita comparata sint ut Medico methodicè & rationaliter curanti exactè respondeant; sic cum vulnerum etiam tractatione & curatione rem se habere, certum est, utpote pro quibus dextrè & artificiosè cu-randis, ac consolidandis, non Chirurgi tan-tum sufficit dexteritas, sed ipsius etiam vulnerati, adstantiumque ac externorum expetitur con-ditio, & habilitas; quippe quibus benè se ha-bentibus maxima etiam & enormissima externa-rum partium vulnera consolidari, sanarique possunt facilè; Cum è contra, si vel Chirurgus imperitus, ac negligens; vel vulneratus moro-sus & impatiens; vel insignis ab adstantibus & externis, commissus error est, ex leviusculo

inter-

interdum vulnere mori vulneratos, dies testetur & Chirurgicæ Medicorum observationes & historiæ; quæ ipsa tamen propterea vulnera nec per se, nec ut plurimum, sed per accidens dicuntur, & fiunt lethalia; hoc est, ubi inflictum vulnus, nec ratione affectæ partis, vel nobilitatis, vel ad vitam simpliciter dictæ necessitatis, nec symptomatum (à vulnere puta contingentium) gravitatis, multò minus remedia applicandi impossibilitatis, nullum planè per se inducit vitæ periculum, sed vulneratus sine ulla necessitate, & per accidens, quod dicitur, ac ex insperato moritur; qualis est, negligens vulneris deligatio, & sanguinis inhibitio; quod utrumque vel ob chirurgi defectum vel ob ipsius contingit ignorantiam, vel incuriam (wann der Verwundete nicht bald verbunden / oder das Blut nicht bey zeiten gestillet wird) negligens vulneris tractatio; (wann der Barbierer die Wunden mit hefften / Reinigung / Verhütung der Zufälle vnd sonst / so viel an jhm ist / täglich nicht wol in acht nimbt.)

Sic virgo nobilis, quæ cum in choreis cecidisset, vix læsa cute, vulnusculum in vertice accepit, à barbitonsore negligenter habita & tractata, superveniente symptomatum syndrome, moritur; nobilis item, cui bregma percussum erat, ex trepanationis neglectu, quam

Barbitonsores ex ignorantia odiosam reddeba adstantibus, & ipse moritur; ita puer in clu non ita profundè vulneratus, ob chirurgi imp ritiam; supervenientе phlegmone & gangræn moritur; & Delphenses duo, ex abscissa in ligatura omenti portione, ob sanguinis profl vium & omenti putredinem, mortui sunt; Ma vulnerati constitutio & habilitas, (Wann d Verwundete an sich selbst ein valetudinariu schwacher Natur/böser complexion, vnd unheil barer Haut ist.) Cum pro animi & corpori bona vel mala constitutione, vulnera varient, & qui morbis obnoxii, vel senes, vel alia quavis cau sa debiles sint, & quibus corpus impurum, ca checticum & fluxionibus obnoxium est, ob hu morum affluxum & virium imbecilitatem, diffi culter ferant vulnera, nec sanentur, & restituan tur nisi difficillimè; in ulcerum enim & vulne rum felici cura, & partem affectam minimè esse intemperatam, & affluentem sanguinem bonum esse oportet; sic aqua inter cutem Hydrope la borantibus exorta in corpore ulcera (quantò magis vulnera) ὐ ῥηιδίως, cum nulla alleviatione, hoc est, difficulter, & non facilè curantur: & vulnera, ab emissis Sclopeto globulis, corpori pravis succis abundanti inflicta, maligna indi cantur; Malum vitæ regimen (wann sich der Verwunde nicht wohl helt) ac insignes circa Diætam & sex rerum non naturalium legiti mum usum commissi errores; sive isti commit tantur circa ea, quæ assumuntur (wann der

Verwundete im Essen / vnnd Trincken / excesse begehet / wie auch im Gebrauch nöthiger Artzneyen nachlässig ist) sive quæ geruntur, & vel corporis, vel animi motu, indebitè aguntur, (wann er sich nicht stille helt) vnnd der Wunde zu jhrer Heilung keine Zeit vnd Ruhe lässet / oder sich dem Gemüthe nach beweget / betrübt / erzürnt vnd sonst Moros, vnd Widerwertig erweiset.) Sic juvenis in capite vulneratus, remittentibus omnibus symptomatibus, ex ira Phreneticus moritur; sive, quæ excernuntur & retinentur; Sic juvenis baculo in sincipite vulneratus restitutus ferè, ex vulnere moritur; sive quæ foris accidere dicuntur, ut sunt; casus, contusio, aëris cujusvis, frigidi & maligni præcipuè ex tetris exhalationibus infecti, in vulnus penetratio, venenatus vetularum, aut mensibus laborantium, intuitus (wann dem Verwundeten eusserlich etwas übels begegnet / vnd derselbe entweder auff die Wunde fället / daran sehr gestossen / oder geschlagen / oder auch die Wunde vor der Lufft nicht wohl verwahret; oder wann ein alt verdächtig Weib / oder sonst ein vnreines Weibsbild zu sichet / vnd darbey ist / wann der Patient verbunden wird) & ut Galenus τὰ ἔξωθεν interpretatur, sexcenta alia, quorum quo plura in simul concurrant, vulnerique superveniant, eo facilius vulnerati extinguuntur & pereunt; quamvis per accidens; Sic puer, cui syncipùt contusum erat, febre, aliisque sym-

Ll 5 pto-

ptomatibus planè extinctis, ex tympani pul
tione, tubarumque & fistularum strepitu, ac
sticorum choreis, quas pater ipsius, Oenopo
prope filii convalescentis ex vulnere cubiculu
ad mediam noctem permiserat, febre acuta
de incensa, delirio, & aliis subinde intervenie
tibus symptomatibus, moritur; & vulnerum
tectio, ac aëris frigidi contactus capitis imprin
& cerebri, ut & aliarum partium, vulnerib
periculosa maximè dicuntur.

Ad quam partium externarum classi
axillas quoque ac summum femur refero, vu
neraque Ramis ipsorum majoribus, Arte
imprimis, & per transversum, inflicta, qua
vis non raro per accidens ut plurimum letha
fieri, assero; scilicet, si ramus axillaris circa ax
lam statim & sub ea ac prope ipsius è thorace e
tum; Ramus cruralis verò & ipse in summo
more & principium ac egressum versus, ex a
domine vulnerentur & ita quidem, ut sang
nem, ob loci incommoditatem, nec medi
mentis, nec ligaturis, ac vinculis sistere possib
sit; unde subitò, & priusquam vel Chirurgus v
cari vel ullum adhiberi possit auxilium, exhau
celeriter spiritibus & sanguine, moriuntur ut p
rimum.

7 Cum verò maximè necesse sit, ut, priusqu
de vulneris qualitate dicatur sententia, accur
præcedat ipsius inspectio, appendicis loco,

q

quæ circa eandem notatu digna videntur, recensere, fert animus pariter, ac negotii ratio. Legitima autem vulneris inſpectio nihil aliud eſt, quam ſedula, diligens, & accurata vulneris conditionem ac qualitatem, à Medico & chirurgo, à magiſtratu legitimè requiſitis, ac judicis ſuper lethalitate vulneris informationem, inſtituta inquiſitio.

Ita ut tria legitimæ inſpectionis requiſita aſſeram; quorum. 1. Perſonæ inquirentes; 2. Inſpectio ipſa; & 3. inſpectionis finis & intentio, conſtituit.

Inquirentes quod attinet perſonas, ſunt illæ; Magiſtratus, Medicus, & Chirurgus; ille qui, homicidium ſi fortè commiſſum eſt, hos ad vulneris inſpectionem requirit ex officio; hi verò, qui requiſiti à Magiſtratu, comparent, ac inſpectionem adminiſtrant.

Circa quos ipſos tamen plura ſunt, quæ notanda veniunt; à parte Magiſtratus enim inquiſitio ſtatim atque de homicidio conſtat, inſtituenda; ne cum temporis protractu alteretur cadaver, putreſcat & corrumpatur, vulnus vel ipſum difficilius cognoſcatur, vel foetor cadaveroſus, quò minus ſectio decenter fieri, & expediri poſſit, impediat; nec minus ab iis, qui ex magiſtratu ſectioni interſunt, attentè inſpicienda, & notanda ſunt omnia, ut illis ipſis poſtmodum de vulneris qualitate & atteſtati veritate, conſtare poſſit certius.

A parte

A parte Medici disceptatur vulgò an uterque, & Medicus & Chirurgus, semper requirendi sint; vel alteruter solus sufficiat? An Medicus debeat esse examinatus & promotus? An juratus? An sectionem administrare ipsum oporteat? & quæ sunt alia.

Ad quæ tamen meam breviter dico sententiam præsupponendo, Medicos oportere omnes, qui ad judicialem vulneris inquisitionem se requiri permittunt, ut fundamentalem, solidam & perfectam Artis anatomicæ habeant notitiam, nec de corporis humani structura, singularumque partium situ, scitè solum loqui, sed cadaver humanum quodvis propria manu, decenter, ac dextrè secare, & vel signarum rei hujus chirurgum informare, vel in necessitatis cas sectionem ipsi administrare possint, ac valean cum in rerum Anatomicarum notitia totu consistat inquirendi negotium.

Quo præsupposito sequi statim, reor, quamcunque vulnerum inspectionem sem vocari & requiri debere Medicum; eumque e minatum & promotum, utpote qui public habeat eruditionis, doctrinæ & experientia stimonium & cui, ob depositum & promoti suæ actu juramentum, certior habenda sit.

An verò ad singulos inspectionis act rare oporteat Medicum, non dicerem, r minus ipse facerem; cum nec judex, qu

requirit, nec Advocatus, qui defenſionem in ſe ſuſcipit; nec qui ſententiam dicunt, ad ſingulos actus jurati ſint; unde ſi fides habetur his; cur non & eadem habenda eſt Medico? præſertim ſi iſte vir bonus, eruditus, in arte ſua expertus, ac conſcientioſus ſit.

Quod autem à Medicaſtris, circa inſpectionis hocce negotium, ex ſola rerum anatomicarum ignorantia, & inconſiderata ſuper lethalitate judicandi temeritate, committantur errores; quod liberentur, & abſolvantur homicidæ, dies teſtatur, & experientia, mille teſtantur caſus & acta; cujus rei cauſa tamen non arti noſtræ, ſed Magiſtratui, qui tales requirit Idiotas, imputanda eſt; Porrò, an Medico Chirurgum ſemper adjungi oporteat, nullam equidem neceſſitatem video, cum vel ſolus Medicus, eruditus puta, & præſertim qui bonus eſt Anatomicus, utrumque expedire, in vulneris nimirum qualitatem inquirere, & ſuper lethalitate ipſius indicare, ſufficiat; provide tamen ac circumſpectè ſatis uſu hactenus receptum eſt, ut, pro tutius expediendo hoc negocio, Medicus Chirurgum (ſi uterque haberi poteſt) ſemper habeat comitem, non (ſicut malè putatur à plurimis) ut Medico famuletur Chirurgus, & manus ſolum admoveat ſuas, ſed ut ipſe etiam ſuam ſuper vulneris qualitate ferat, dicatque ſententiam. Requirendum ergò Chirurgum, utpote qui inter perſonas inquirentes tertia eſt, non barbitonſorem,

forem, vel balneatorem quemvis, sed talem; qui rerum anatomicarum benè ac sufficienter gnarus, & in Chirurgia, ac vulnerum tractatione, ac regimine, probe exercitatus, & juratus artis suæ Magister est, suadeo; utrumque enim nisi obtineat, κωφὸν est πρόσωπον; sectionem quippe administrare eum oportet, quia Medici minister est; suam verò insimul dicere sententiam, quia chirurgus est, & frequenter, ac quotidie curam habet vulnerum; proptereaque tutum non minus est ipsius judicium.

Non soli tamen chirurgo (multò minus imperito Barbitonsori, vel balneatori) committendum negocium, cum, teste experientia, vix centesimus eorum in Anatomia & artificiosa cadaverum præprimis sectione, solidi quicquam sapiat; quapropter inquirendum utrumque & Medicum & Chirurgum, dixi superius; hunc quidem, qui in loco est, & curam vulnerati habuit; illum verò, nisi præsens sit, ex vicinia vocandum, censeo. Cæterum quod inspectionem ipsam attinet, & quando Medicus & Chirurgus requisiti jamjam circa eandem occupati sunt, non minimum sanè interest, ut ab adstantibus alternatim, & aliud quasi agendo, in litis occasionem, armorum genus, & qualitatem, læsionis modum, ejus conditionem, & alias inquirant circumstantias, utpote ex quibus non minimus acquiritur rei prægustus, nec inane inquirendi judicium; porrò manus dum admo-

venda

venda ipſa eſt, in cadavere à ſordibus per chirurgi diſcipulos benè prius abſterſo, læſio externa quævis, ſive vulnus ſit, ſive contuſio, ſecundum longitudinem, latitudinem & (prout vulneris & partis affectæ fert conditio) profunditatem, primò omnium notari debet ſedulò; hinc partes externæ, vel ſingulæ ſeorſim, vel prout neceſſitas requirit, plures ſimul, artificiosè tamen, ac cautè, ne Chirurgus vel laniena ſua nauſeam excitet ſpectatoribus, vel turpi quicquam lædat incuria, removendæ ſunt: aperto jam cadavere, (aperire autem & ſecare cadaver omninò oportet, etiamſi ne minimum quidem, ut fieri interdum contingit, in externis partibus læſionis appareat veſtigium; nec ſtyli ſufficit immiſſio, ac ſola per eundem facta vulneribus exploratio, utpote quæ & ipſa fallax pariter, atque ſuſpecta eſt) ſanguis extravaſatus, qui reperitur, ſpongiis excipiendus & abſtergendus, ut vulnus, eo facilius, aut ipſum ſe exhibeat; aut commodior ulterius inquirendi detur occaſio, quod tamen, ſi profundius & ſectione ulteriori opus ſit, cautè procedendum, ne, vel ex ſecandi imperitia, vel manus temeritate, ac violentia, vulnerentur partes aliæ, vaſa in primis, quibus ab homicida tamen nulla illata fuit injuria, & vulnus ita novum vel ſtudio, vel ex ſecandi ignorantia, fiat majoris non raró momenti, eo quod inflictũ fuit ex injuria. Repertum demũ detectumq; vulnus abſtergẽdum eſt ſpongiis; magnitudo ipſius, & profunditas ſtylis exploranda; omnia verò (iis pręſertim, qui ex Magiſtratu ſectio-

ſectioni interſunt, ut & aliis viris honeſtis, rerum iſtarum teſtibus) demonſtranda ſunt.

Quibus tandem peractis redintegrandum cadaver, quantum poſſibile eſt, & quidquid ex partibus internis diſſectum fuit, artificioſe, & quantum quidem poſſibile, iterum applicandum, apponendum, ac cutis denique ipſa filo trajecto, affabrè conſuenda eſt:

Quæ omnia, ut legitimè expediantur & decenter, Medicus, tanquam providus, ac prudens totius negotii director, animum diligenter attendat, dicat, jubeat, moneat, ut inſpectio adminiſtretur, & procedat, ut artis eſt.

Fieri autem hæc omnia dicuntur ad informationem Judicis & rectè; cum enim Magiſtratui à Deo demandatum ſit in hominum malitiam animadvertendi officium, inter omnia autem facinorum ac delictorum genera, abominandum ſatis coram eo Homicidium ſit, ita, ut terram, quæ inſontium cruore maculatur, expiari aliter non poſſe, niſi per ſanguinem ipſius, qui alterius ſanguinem fuderit, ipſe Zelotes velit, & præcipiat Dominus Zebaoth; magna tamen læſionum ſit diverſitas, magna circumſtantiarum & accidentium varietas, dubiusque pariter rei eventus, maximum propterea intereſſe videtur, ut Magiſtratus prudenter, circumſpectè & cautè procedat, nihilque intermittat, quod ad perfectam, ac ſufficientem, circa commiſſum homicidium notitiam, informationem, & certitudinem facere valeat.

Hæc

Hæc verò inter primas tenere jure dicitur legitima cadaveris defuncti ex vulnere inspectio utpote quæ partis læsæ monstrat situm, structuram, connexionem, actionisq; ipsius, usus & officij rationem; vulneris item magnitudinem, profunditatem, aliasq; qualitates exhibet, & accidentia, mortisq; ipsius causam reddit & explicat. Ut ergò rectè & sufficienter informetur Judex, oportet omninò, ut Medicus & Chirurgi, omni ope, ac studio eò invicem allaborent, ut inquisitio decenter fiat, & legaliter; ne ipsorum sive ignorantia sive negligentia & incuriâ vel impunitus dimittatur, & absolvatur Reus, vel innocens & mortis insons damnetur capite, ac advocati, & causarum Patroni commodam inde dubitandi ac disputandi ansam arripiant, & culpam ita omnem in eos quibus inquirendi & inspiciendi commissum fuit negotium, devolvant; unde, cùm & hic difficilè sanè sit Judicium, Medico præprimis, nisi, ut supra dictum, sufficientem habeat artis Anatomicæ notitiam, fidus suaderem amicus: manum de Tabula.

Ubi omnes, qui tale in se suscipiunt negotium, memores velim istius, quòd scitum satis monuisse Vessalius legitur, inquiens: Quæ sanè cuncta summâ animadversione spectare, atq; dignoscere peritus Medicus debet, ut, si quando illi coram Magistratu de illatis vulneribus pro testimonio dicendum sit, rem totam ad veri normam expromere queat; quæ una cautio illi summopere tenenda est, ut nunquam à verò descilcat, præsertim ubi de capite agitur, nec livore, invidiâ, odio,

aut aliâ ullâ perturbatione affectus, aut metu, minisvé cujusdam impulsus à Dei timore, à veritatis amussi declinet; sed vulneris naturam, magnitudinem, sedem affectam, & quàm altè telum descenderit, & quæ in eo lethalia, aut secus, apparuêre symptomata, accuratè describat. Et Sebizius, cum de Judicis informatione loquitur, ait; oportet enim in hoc Casu animum habere ab omni affectu & perturbatione liberum, ac vacuum; credendo, Deum καρδιογνώστην nobis adesse, & factorum nostrorum, animiq; inspectorem esse oculatissimum; siq; contra veritatis & æquitatis Legem sententiam tulerimus, vindicem severissimum; sin pro veritate steterimus, fautorem & remuneratorem benignissimum; magnum quippe crimen est, & impietatis plenissimum, eum, qui à mortis pœna liberari potest, falso & iniquo testimonio reum facere; peccatum maximum, servare velle illum, quem ob vulnus illatum lethale, leges homicidarum pœnâ damnârunt, quæ si observaverint, uterq; suæ satisfacit & conscientiæ & officio.

Quemadmodum autem ad formalem vulneris lethalis rationem instantis ex vulnere vitæ termini brevitatem requiri, non sine ratione superiùs dictum est, ita explicare omninò oportet, quousq; se iste extendat terminus, & quid de nono vulneris die, (Wenn einer / der tödlich verwundet ist / den neunten Tag erlebt) cum vulgo, sed præprimis cum ratione sentiendum sit?

Cùm ergo ex Principum ore Medicorum percepisse me, jam succurrat, lethaliter vulneratos pauca-

paucarum horarum, vel dierum, mori, ac perire spatio, nullus sanè possum, quin vulnera ista lethalia ad acutorum morborum classem vel referri, vel multùm tamen de ipsorum naturâ participare, securè asseram. Vulnus enim omne morbum esse, & ad Tertium morborum genus, morbos scilicet solutæ unitatis pertinere, superiùs abundè demonstratum est; lethale verò ad acutorum referri classem, nec novum, nec rationi dissonum.

Et quamvis acutum propriè morbum ex humorum in corpore provenire vitio, ac criticè solvi; vulnera verò, de quibus noster est sermo, à solis externis produci causis, non nesciam, nihilominùs tamen, quin vulnus lethale ad acutos referatur morbos, quid obstet non video; posito enim, quod ponitur & dicitur ab omnibus, esse de natura & formali acutorum ratione, moveri celeriter, subitò & non sine insigni gravium congerie symptomatum pervenire ad statum & solvi, sive ad salutem, sive ad mortem criticè? quis negabit, idem vulneribus contingere lethalibus? utpote quæ & ipsa moventur celeriter hoc est, fiunt & excitantur, non præcedente aliquâ spontaneâ lassitudine, capitis dolore, anxietate circa præcordia &c. ut acuti fiunt omnes, sed statim, citò, ictu, in momento, subitò & non sine insigni gravium congerie symptomatum ad statum perveniunt, id est, vel statim, atq; inflictum vulnus est, vel brevi horarum spatio maxima vulneri subveniunt symptomata, dolor puta, pro partium ratione, exquisitissimus, inflammatio, febris, delirium, mo-

 tus con-

tus convulsivi, Epileptici &c. Et solvuntur tandem, quamvis vel semper vel ut plurimum tamen, ad mortem, criticè an dicam? hæreo; doctiorum tamen pace, criticè omnia solui assero: sicut enim acutorum crisin & solutionem, quædam à symptomatum congerie excitata præcedit conturbatio, quâ ipsâ naturâ, molestias deponere, allaborans, humorum vel transpositionem molitur vel evacuationem; hanc verò ipsam subitò insequitur morbi, vel ad salutem, vel ad mortem mutatio: ita in vulneribus quoq; lethalibus insignis admodùm ex multiplici symptomatum serie, advertitur totius naturæ conturbatio, validusq; conservandi se, observatur conatus, cui tamen, cùm vulneris magnitudini ac lethalitati non sufficiat, subita supervenit mutatio, quam vel semper vel ut plurimum vulneratorum mors sequitur & interitus.

9 Quod cùm ita sit, colligere inde difficile non est, quid de nono vulnerum die statuendum sit, scilicet, si qua in parte vulneratus graviter, nec statim, nec paulò post, nec horarum aliquot moriatur spatio, sed à primo vulneris die ad quartum, à quarto ad septimum, & à septimo ad nonum atq, tanquam intercalarem criticum, vivus remaneat, vulnus simpliciter & absolutè lethale non est; ratio, quia terminus iste, nonus puta dies, indicat vulnus, vel non magnum æquè nec profundum maximè, nec nobili, vel ad vitam simpliciter necessariæ parti, esse inflictum; vel tamen quod tot dierum (solent enim ut plurimum intra id tempus apparere accidentia, tùm bona, tùm mala, quæ post accepta talia vulnera supervenire consue-

conſueverunt) ſpatio ſive à naturâ, in ſanis, & robuſtis, ſponte, ſive concurrente Medici ac Chirurgi ope, & conſilio etiam maxima ſoleant curari vulnera, cum tertio plerumq; vel quarto ad ſummum vulneris die, ſupputet vulnus, ac dolor, & febris, aliaq; remittere ſoleant ſymptomata, & materia, vel pus coctum & laudabile efficiatur, donec brevi temporis ſpatio vulnus conſolidetur planè, vulneratusq; ita reſtituatur integrè.

Unde non malè concluditur, eum qui, vulneratus graviter, poſt nonum tandem moritur, non mori ſimpliciter ex vulnere, ſed ex ſymptomatum & accidentium ſupra relatorum ut plurimùm congerie.

Quid de muſculi læſione non vulgariter tantùm ab idiotis & mulierculis credatur, ſed à non 10
paucis inſuper, non dicam Medicaſtris, ſed qui artem, (nefas dictu) exercent chirurgicam, dici ſtatuiq; ſoleat, neminem latere cenſeo; ſcilicet credunt plurimi, ſi quis ex vulnere vel contuſione externarum partium moriatur, cum propterea fato conceſſiſſe, quia muſculus læſus eſt; (Weil ihm die Mauß getroffen) perſuadentes ſibi, eſſe circa tempora inprimis, Temporalem & humeros, Bicipitem præcipuè, vel aliam quamvis corporis partem, certum ac ſingularem muſculum, vel neſcio quid in muſculo, in quo vita quaſi reſideat, &, quo læſo ipſam exſpirare animam, mirum non ſit, cum Galenus ipſe fateatur, ac doceat, muſculos temporales, inter omnes muſculos, convulſiones, febres, ſoporem inferre,

A parte Medici disceptatur vulgò an uterque, & Medicus & Chirurgus, semper requirendi sint; vel alterutet solus sufficiat? An Medicus debeat esse examinatus & promotus? An juratus? An sectionem administrare ipsum oporteat? & quæ sunt alia.

Ad quæ tamen meam breviter dico sententiam præsupponendo, Medicos oportere omnes, qui ad judicialem vulneris inquisitionem se requiri permittunt, ut fundamentalem, solidam & perfectam Artis anatomicæ habeant notitiam, nec de corporis humani structura, singularumque partium situ, scitè solum loqui, sed cadaver humanum quodvis propria manu, decenter, ac dextrè secare, & vel signarum rei hujus chirurgum informare, vel in necessitatis casu sectionem ipsi administrare possint; ac valeant, cum in rerum Anatomicarum notitia totum consistat inquirendi negotium.

Quo præsupposito sequi statim, reor, ad quamcunque vulnerum inspectionem semper vocari & requiri debere Medicum; eumque examinatum & promotum, utpote qui publicum habeat eruditionis, doctrinæ & experientiæ testimonium & cui, ob depositum & promotionis suæ actu juramentum, certior habenda fides sit.

An verò ad singulos inspectionis actus jurare oporteat Medicum, non dicerem, multò minus ipse facerem; cum nec judex, qui eum requi-

requirit, nec Advocatus, qui defenſionem in ſe ſuſcipit; nec qui ſententiam dicunt, ad ſingulos actus jurati ſint; unde ſi fides habetur his; cur non & eadem habenda eſt Medico? præſertim ſi iſte vir bonus, eruditus, in arte ſua expertus, ac conſcientioſus ſit.

Quod autem à Medicaſtris, circa inſpectionis hocce negotium, ex ſola rerum anatomicarum ignorantia, & inconſiderata ſuper lethalitate judicandi temeritate, committantur errores; quod liberentur, & abſolvantur homicidæ, dies teſtatur, & experientia, mille teſtantur caſus & acta; cujus rei cauſa tamen non arti noſtræ, ſed Magiſtratui, qui tales requirit Idiotas, imputanda eſt; Porrò, an Medico Chirurgum ſemper adjungi oporteat, nullam equidem neceſſitatem video, cum vel ſolus Medicus, eruditus puta, & præſertim qui bonus eſt Anatomicus, utrumque expedire, in vulneris nimirum qualitatem inquirere, & ſuper lethalitate ipſius indicare, ſufficiat; provide tamen ac circumſpectè ſatis uſu hactenus receptum eſt, ut, pro tutius expediendo hoc negocio, Medicus Chirurgum (ſi uterque haberi poteſt) ſemper habeat comitem, non (ſicut malè putatur à pluribus) ut Medico famuletur Chirurgus, & manus ſolum admoveat ſuas, ſed ut ipſe etiam ſuam ſuper vulneris qualitate ferat, dicatque ſententiam. Requirendum ergò Chirurgum, utpote qui inter perſonas inquirentes tertia eſt, non barbitonſorem,

sorem, vel balneatorem quemvis, sed talem, qui rerum anatomicarum benè ac sufficienter gnarus, & in Chirurgia, ac vulnerum tractatione, ac regimine, probe exercitatus, & juratus artis suæ Magister est, suadeo; utrumque enim nisi obtineat, κωφὸν est πρόσωπον; sectionem quippe administrare eum oportet, quia Medici minister est; suam verò insimul dicere sententiam, quia chirurgus est, & frequenter, ac quotidie curam habet vulnerum; proptereaque tutum non minus est ipsius judicium.

Non soli tamen chirurgo (multò minus imperito Barbitonsori, vel balneatori) committendum negocium, cum, teste experientia, vix centesimus eorum in Anatomia & artificiosa cadaverum præprimis sectione, solidi quicquam sapiat; quapropter inquirendum utrumque & Medicum & Chirurgum, dixi superius; hunc quidem, qui in loco est, & curam vulnerati habuit; illum verò, nisi præsens sit, ex vicinia vocandum, censeo. Cæterum quod inspectionem ipsam attinet, & quando Medicus & Chirurgus requisiti jamjam circa eandem occupati sunt, non minimum sanè interest, ut ab adstantibus alternatim, & aliud quasi agendo, in litis occasionem, armorum genus, & qualitatem, læsionis modum, ejus conditionem, & alias inquirant circumstantias, utpote ex quibus non minimus acquiritur rei prægustus, nec inane inquirendi judicium; porrò manus dum admo-

venda

venda ipſa eſt, in cadavere à ſordibus per chirurgi diſcipulos benè prius abſterſo, læſio externa quævis, ſive vulnus ſit, ſive contuſio, ſecundum longitudinem, latitudinem & (prout vulneris & partis affectæ fert conditio) profunditatem, primò omnium notari debet ſedulò; hinc partes externæ, vel ſingulæ ſeorſim, vel prout neceſſitas requirit, plures ſimul, artificioſè tamen, ac cautè, ne Chirurgus vel laniena ſua nauſeam excitet ſpectatoribus, vel turpi quicquam lædat incuria, removendæ ſunt: aperto jam cadavere, (aperire autem & ſecare cadaver omninò oportet, etiamſi ne minimum quidem, ut fieri interdum contingit, in externis partibus læſionis appareat veſtigium; nec ſtyli ſufficit immiſſio, ac ſola per eundem facta vulneribus exploratio, utpote quæ & ipſa fallax pariter, atque ſuſpecta eſt) ſanguis extravaſatus, qui reperitur, ſpongiis excipiendus & abſtergendus, ut vulnus, eo facilius, aut ipſum ſe exhibeat; aut commodior ulterius inquirendi detur occaſio, quod tamen, ſi profundius & ſectione ulteriori opus ſit, cautè procedendum, ne, vel ex ſecandi imperitia, vel manus temeritate, ac violentia, vulnerentur partes aliæ, vaſa in primis, quibus ab homicida tamen nulla illata fuit injuria, & vulnus ita novum vel ſtudio, vel ex ſecandi ignorantia, fiat majoris non rarò momenti, eo quod inflictũ fuit ex injuria. Repertum demũ detectumq; vulnus abſtergẽdum eſt ſpongiis; magnitudo ipſius, & profunditas ſtylis exploranda; omnia verò (iis præſertim, qui ex Magiſtratu ſectio-

sectioni intersunt, ut & aliis viris honestis, rerum istarum testibus) demonstranda sunt.

Quibus tandem peractis redintegrandum cadaver, quantum possibile est, & quidquid ex partibus internis dissectum fuit, artificiose, & quantum quidem possibile, iterum applicandum, apponendum, ac cutis denique ipsa filo trajecto, affabrè consuenda est:

Quæ omnia, ut legitimè expediantur & decenter, Medicus, tanquam providus, ac prudens totius negotii director, animum diligenter attendat, dicat, jubeat, moneat, ut inspectio administretur, & procedat, ut artis est.

Fieri autem hæc omnia dicuntur ad informationem Judicis & rectè; cum enim Magistratui à Deo demandatum sit in hominum malitiam animadvertendi officium, inter omnia autem facinorum ac delictorum genera, abominandum satis coram eo Homicidium sit, ita, ut terram, quæ insontium cruore maculatur, expiari aliter non posse, nisi per sanguinem ipsius, qui alterius sanguinem fuderit, ipse Zelotes velit, & præcipiat Dominus Zebaoth; magna tamen læsionum sit diversitas, magna circumstantiarum & accidentium varietas, dubiusque pariter rei eventus, maximum propterea interesse videtur, ut Magistratus prudenter, circumspectè & cautè procedat, nihilque intermittat, quod ad perfectam, ac sufficientem, circa commissum homicidium notitiam, informationem, & certitudinem facere valeat.

Hæc

Hæc verò inter primas tenere jure dicitur legitima cadaveris defuncti ex vulnere inspectio utpote quæ partis læsæ monstrat situm, structuram, connexionem, actionisq; ipsius, usus & officij rationem; vulneris item magnitudinem, profunditatem, aliasq; qualitates exhibet; & accidentia, mortisq; ipsius causam reddit & explicat. Ut ergò rectè & sufficienter informetur Judex; oportet omninò, ut Medicus & Chirurgi, omni ope, ac studio eò invicem allaborent, ut inquisitio decenter fiat, & legaliter; ne ipsorum sive ignorantia sive negligentia & incuriâ vel impunitus dimittatur, & absolvatur Reus, vel innocens & mortis insons damnetur capite; ac advocati, & causarum Patroni commodam inde dubitandi ac disputandi ansam arripiant, & culpam ita omnem in eos quibus inquirendi & inspiciendi commissum fuit negotium, devolvant; unde, cùm & hic difficilè sanè sit Judicium, Medico præprimis, nisi, ut supra dictum, sufficientem habeat artis Anatomicæ notitiam, fidus suaderem amicus: manum de Tabula.

Ubi omnes, qui tale in se suscipiunt negotium, memores velim istius, quòd scitum satis monuisse Vessalius legitur, inquiens: Quæ sanè cuncta summâ animadversione spectare, atq; dignoscere peritus Medicus debet, ut, si quando illi coram Magistratu de illatis vulneribus pro testimonio dicendum sit, rem totam ad veri normam expromere queat; quæ una cautio illi summopere tenenda est, ut nunquam à verò descilcat, prælertim ubi de capite agitur, nec livore, invidiâ, odio,

aut aliâ ullâ perturbatione affectus, aut metu, minisvé cujusdam impulsus à Dei timore, à veritatis amussi declinet;sed vulneris naturam,magnitudinem,sedem affectam,& quàm altè telum descenderit,& quæ in eo lethalia,aut secus,apparuêre symptomata,accuratè describat. Et Sebizius, cum de Judicis informatione loquitur,ait;oportet enim in hoc Casu animum habere ab omni affectu & perturbatione liberum,ac vacuum;credendo, Deum καρδιογνώστην nobis adesse, & factorum nostrorum, animiq; inspectorem esse oculatissimum;siq; contra veritatis & æquitatis Legem sententiam tulerimus, vindicem severissimum;sin pro veritate steterimus, fautorem & remuneratorem benignissimum; magnum quippe crimen est,& impietatis plenissimum, eum, qui à mortis pœna liberari potest, falso & iniquo testimonio reum facere;peccatum maximum, servare velle illum,quem ob vulnus illatum lethale, leges homicidarum pœnâ damnârunt, quæ si observaverint, uterq; suæ satisfacit & conscientiæ & officio.

Quemadmodum autem ad formalem vulneris lethalis rationem instantis ex vulnere vitæ termini brevitatem requiri, non sine ratione superiùs dictum est,ita explicare omninò oportet, quousq; se iste extendat terminus, & quid de nono vulneris die, (Wenn einer / der tödlich verwundet ist/den neunten Tag erlebt) cum vulgo, sed præprimis cum ratione sentiendum sit?

Cùm ergo ex Principum ore Medicorum percepisse me,jam succurrat, lethaliter vulneratos

pauca-

paucarum horarum, vel dierum, mori, ac perire spatio, nullus sanè possum, quin vulnera ista lethalia ad acutorum morborum classem vel referri, vel multùm tamen de ipsorum naturâ participare, securè asseram. Vulnus enim omne morbum esse, & ad Tertium morborum genus, morbos scilicet solutæ unitatis pertinere, superiùs abundè demonstratum est; lethale verò ad acutorum referri classem, nec novum, nec rationi dissonum.

Et quamvis acutum propriè morbum ex humorum in corpore provenire vitio, ac criticè solvi; vulnera verò, de quibus noster est sermo, à solis externis produci causis, non nesciam, nihilominùs tamen, quin vulnus lethale ad acutos referatur morbos, quid obstet non video; posito enim, quod ponitur & dicitur ab omnibus, esse de natura & formali acutorum ratione, moveri celeriter, subitò & non sine insigni gravium congerie symptomatum pervenire ad statum & solvi, sive ad salutem, sive ad mortem criticè? quis negabit, idem vulneribus contingere lethalibus? utpote quæ & ipsa moventur celeriter hoc est, fiunt & excitantur, non præcedente aliquâ spontaneâ lassitudine, capitis dolore, anxietate circa præcordia &c. ut acuti fiunt omnes, sed statim, citò, ictu, in momento, subitò & non sine insigni gravium congerie symptomatum ad statum perveniunt, id est, vel statim, atq; inflictum vulnus est, vel brevi horarum spatio maxima vulneri subveniunt symptomata, dolor puta, pro partium ratione, exquisitissimus, inflammatio, febris, delirium, mo-

consueverunt) spatio sive à naturâ, in sanis, & robustis, sponte, sive concurrente Medici ac Chirurgi ope, & consilio etiam maxima soleant curari vulnera, cum tertio plerumq; vel quarto ad summum vulneris die, supputet vulnus, ac dolor, & febris, aliaq; remittere soleant symptomata, & materia, vel pus coctum & laudabile efficiatur, donec brevi temporis spatio vulnus consolidetur planè, vulneratusq; ita restituatur integrè.

Unde non malè concluditur, eum qui, vulneratus graviter, post nonum tandem moritur, non mori simpliciter ex vulnere, sed ex symptomatum & accidentium supra relatorum ut plurimùm congerie.

Quid de musculi læsione non vulgariter tantùm ab idiotis & mulierculis credatur, sed à non 10
paucis insuper, non dicam Medicastris, sed qui artem, (nefas dictu) exercent chirurgicam, dici statuiq; soleat, neminem latere censeo; scilicet credunt plurimi, si quis ex vulnere vel contusione externarum partium moriatur, eum propterea fato concessisse, quia musculus læsus est; (Weil ihm die Mauß getroffen) persuadentes sibi, esse circa tempora inprimis, Temporalem & humeros, Bicipitem præcipuè, vel aliam quamvis corporis partem, certum ac singularem musculum, vel nescio quid in musculo, in quo vita quasi resideat, &, quo læso ipsam exspirare animam, mirum non sit, cum Galenus ipse fateatur, ac doceat, musculos temporales, inter omnes musculos, convulsiones, febres, soporem inferre,

si lædantur & deliria: verùm enim verò cùm nec unicus tantùm, nec duo nec plures in corpore humano reperiantur musculi, illiq; ipsi non vitalis, sed animalis Facultatis instrumenta sint & locali inprimis inserviant motui, ac nihil propterea in musculo, ut musculo, sit; quod vel vitam conservare, vel mortem inducere simpliciter possit, opinionem hanc risu potiùs & cachinno, quàm fide dignam judico; gravissima verò, quæ læso temporali accidere dicuntur muscu . symptomata, à vasorum copia & magnitudine cerebriq; vicinia provenire non dubito.

11 Sed quid, si quis ex accepta solâ moriatur alapâ? Ex accepta enim vel unicâ alapâ quosdam perijsse, constat; id quod vel illa Nerij Filia, quæ ab amicâ mulierculâ latâ, ut dicitur, manu (palma nobis) plagam accepit & nono die mortua est; & juvenis qui ab accepta alapâ apoplecticus concidit & post paucas horas mortuus est, testari videntur;

Dico proinde, nisi ea ipsâ lethalis contingat capitis contusio, vasorumq; ruptura, ac cerebri compressio, lethale eam non esse, etiamsi moriatur, qui eam acceperit; cùm nec instrumentum, manus puta, ex armis sit lethiferis, nec læsio ipsa sensibus obvia, ac de ea judicari possit, sed mortem ex subita animi à causa externâ, consternatione, spirituumq; vitalium & animalium stertore quasi, fixatione & suffocatione contigisse, præsumere potius liceat; quemadmodum ex subito ac insperato gaudio eundem in modum extinctos testantur historiæ.

Cæte-

Cæterùm an vulnera externarum partium 12
(de internis enim nobilium imprimis partium nullum planè eſt dubium) venenatis armis inflicta ſint ſimpliciter & abſolutè lethalia;non niſi ratione ambigitur.Inſignem enim venena corrumpendi corpus noſtrum vim habere , ſive in illud aſſumantur , ſive exterius ipſi contingant & admoveantur,neminem fore qui id neget , exiſtimo,ita ut communiter ſtatuatur venenum omne ſtatim,atq; aſſumptum vel admotum eſt, cor petere & vi ſibi innatâ vitæ illicò invadere & occupare penetralia ; quemadmodum autem venenorum alia magis , alia minùs noxia & deletoria aliaq; citiùs,alia verò tardiùs interficere, ac jugulare , obſervatur ; ita diſpar non minùs veneno infectarum partium eſt ratio , cùm periculoſum magis ſit venenum,quod intus aſſumptum, quàm quod exteriùs admotum & applicatum eſt ; quod enim aſſumitur à viſcerum calore ſtatim , vel pro violentiæ ſuæ natura , ac conditione tardiùs reſolvitur & ad partes nobiles abire dicitur ; extrà verò admotum , habitum priùs penetrare , vaſa petere , & ſic demum longo ſatis viarum tractu, ad partes oportet ire Principes , quâ ipsâ tamen viarum diſtantiâ fieri facilè poteſt , ut vel ipſum venenum vires diſperdat ſuas , vel tamen vis ipſius reliqua à naturâ ſponte effringatur , ac pereat.

Ex quibus vulnera,venenatis armis , externis ſolis partibus inflicta periculoſa quidem,ſimpliciter verò lethalia eſſe , non exiſtimo;cùm vulneri inſuper ab armis infectis inducta venenata

si lædantur & deliria: verùm enim verò cùm nec unicus tantùm, nec duo nec plures in corpore humano reperiantur musculi, illiq; ipsi non vitalis, sed animalis Facultatis instrumenta sint & locali inprimis inserviant motui, ac nihil propterea in musculo, ut musculo, sit, quod vel vitam conservare, vel mortem inducere simpliciter possit, opinionem hanc risu potiùs & cachinno, quàm fide dignam judico; gravissima verò, quæ læso temporali accidere dicuntur muscu , symptomata, à vasorum copia & magnitudine cerebriq; vicinia provenire non dubito.

11 Sed quid, si quis ex accepta solâ moriatur alapâ? Ex accepta enim vel unicâ alapâ quosdam perijsse, constat; id quod vel illa Nerij Filia, quæ ab amicâ muliercula latâ, ut dicitur, manu (palma nobis) plagam accepit & nono die mortua est; & juvenis qui ab accepta alapâ apoplecticus concidit & post paucas horas mortuus est, testari videntur;

Dico proinde, nisi ea ipsâ lethalis contingat capitis contusio, vasorumq; ruptura, ac cerebri compressio, lethale eam non esse, etiamsi moriatur, qui eam acceperit; cùm nec instrumentum, manus puta, ex armis sit lethiferis, nec læsio ipsa sensibus obvia, ac de ea judicari possit, sed mortem ex subita animi à causa externâ, consternatione, spirituumq; vitalium & animalium stertore quasi, fixatione & suffocatione contigisse, præsumere potius liceat; quemadmodum ex subito ac insperato gaudio eundem in modum extinctos testantur historiæ.

Cæte-

Cæterùm an vulnera externarum partium 12 (de internis enim nobilium imprimis partium nullum planè est dubium) venenatis armis inflicta sint simpliciter & absolutè lethalia; non nisi ratione ambigitur. Insignem enim venena corrumpendi corpus nostrum vim habere, sive in illud assumantur, sive exterius ipsi contingant & admoveantur, neminem fore qui id neget, existimo, ita ut communiter statuatur venenum omne statim, atq; assumptum vel admotum est, cor petere & vi sibi innatâ vitæ illicò invadere & occupare penetralia; quemadmodum autem venenorum alia magis, alia minùs noxia & deletoria aliaq; citiùs, alia verò tardiùs interficere, ac jugulare, observatur; ita dispar non minùs veneno infectarum partium est ratio, cùm periculosum magis sit venenum, quod intus assumptum, quàm quod exteriùs admotum & applicatum est; quod enim assumitur à viscerum calore statim, vel pro violentiæ suæ natura, ac conditione tardiùs resolvitur & ad partes nobiles abire dicitur; extrà verò admotum, habitum priùs penetrare, vasa petere, & sic demum longo satis viarum tractu, ad partes oportet ire Principes, quâ ipsâ tamen viarum distantiâ fieri facilè potest, ut vel ipsum venenum vires disperdat suas, vel tamen vis ipsius reliqua à naturâ sponte effringatur, ac pereat.

Ex quibus vulnera, venenatis armis, externis solis partibus inflicta periculosa quidem, simpliciter verò lethalia esse, non existimo; cùm vulneri insuper ab armis infectis inducta venenata

qualitas vel externis statim corrigi possit remedijs, quemadmodum in bello Turcico senex quidam Medicus vulneribus, venenato telo inflictis, malum cydonium masticatum, & jejuna salivâ permixtum imposuisse, eaque feliciter ita curâsse legitur; & Arcæus, quendam sagittâ helleboro intinctâ sanciatum sanâsse, ipse testatur; vel fomes ipsius unico etiam interiùs exhibito restingui queat Alexipharmaco, modò si præsumptio adsit, in tempore vocetur Medicus & Chirurgus vulnus externum, quod leve & securum dicitur, ab eo, quod mali moris est, & vehementiora, quàm quæ vulneris fert conditio, inducit symptomata, tempestivè distinguere, ipsique proinde, ut artis est, subvenire non nesciat. Nec novum denique esse opinor, Medicorum ac Chirurgorum attestata, ac prolatas super lethalitate sententias, ab Advocatis & Procuratoribus acriter satis oppugnari in Judiciis, dum quâvis aliâ excusationis & defensionis specie destituti, in libellis suis defensionalibus, ex Hippocratis, Galeni, Schenkij, Foresti, Hildani, Sennerti, aliorumque clarissimorum Medicorum authoritate, casus in terminis promposè satis sciunt opponere in contrarium, Medicique ita taxare & inculpare nituntur testimonium; per illationem argumentantes & exempla; simile scil. planè, majusque ac profundius, quàm quod, cujus defensionem susceperunt, inflixit inquisitus, accepisse hunc vel illum, vulnus, ex quo tamen restitutum esse & convaluisse eum, Medicorum testari historias.

Sed quemadmodum non dubito, eruditum ac conscien-

conscientiosum quemvis non latere Advocatum, Exempla, vel nihil, vel parum, concludere; ita pro salvandâ Medicorum sententiâ, dico: exempla ista, cùm in natura etiam præter rationem plurima fiant, historias, hoc est, rara, aut planè miracula esse, & nihil concludere cùm raritas illa, ac exemplorum paucitas universalem non evertat sententiam, ita ut Advocato defensori, ad exemplum, exemplo respondere nec mihi liceat, si dicerem: Ovidius adulter, vel criminis læsæ Majestatis reus capite damnandus est; si regereret Advocatus, istud factū fuisse ex singulari summi Magistratus gratiâ & non tollere legem; inferrem ego, & ex Valleriolâ dicerem, hæc vulneratorum exempla contigisse ex singulari Dei gratia & misericordiâ ac naturæ miraculo, & lethalitatem non tollere in alijs. Unde ex Sennerti sententia, an vulnus tale actu lethale fuerit, ex eventu maximè judicandum: hoc est, omne vulnus, quod in certo aliquo individuo parti vel nobili vel ad vitā tamen simpliciter necessariæ inflictum est, & ex quo brevi horarum vel paucorum dierum spatio, & nullo circa externa insigniter commisso errore, moritur, vulneratus, in isto individuo ἐξ ἀνάγκης θανάσιμον, & necessariò simpliciter & absolute lethale esse, concludo & statuo; illaque quæ in contrarium adduci solent, exempla pro raris habeo, & miraculis; quod Galenus ipse fateri videtur, dum historiam refert de adolescente, qui cum Smyrnæ, in Joniâ, capite ad cerebri usque ventriculum vulneratus & aliquid de substantia cerebri, ipsi ademptum fuerit; curatus tamen est, & suum

addit judicium, inquiens, sed & hoc tanquam admirandum, ac stupendum quoddam, incredibileque spectaculum, ceu naturæ miraculum habeo, ipsumque adolescentem Dei potiùs voluntate, quàm ullâ humanâ arte sanatum fuisse, statuit. Cui Hildanus, dum capite graviter & adusque cerebri substantiam insigniter vulneratorum, curatorum tamen, aliquot recenset exempla, hoc ab Antonio Fayo mutuato subscripsisse legitur epigrammate:

Non audita loquor, narranti credite; vidi
His oculis, tetigi non dubitante manu;
Acer erat juvenis, medio cui vulnus adactum
Est capiti, cerebri parsque recisa fuit;
Ille tamen vivit, si credas arte Melampi
Id factum, peccas; hic Medicina silet;
Monstra sed in morbis Arabûm flos ille sophorum
Quod fieri dixit, re- patet abs se palam.

Cùm tantus semper fuerit Diaboli in Genus humanum livor, ut incensâ litis, ac rixarum flammâ, eo non tantùm moveat rixantium animos, ut alter alteri vim manu inferat, adeoque manifestũ committat homicidium, verum etiam viperinâ suâ astutiâ artem, homines veneno extinguendi & è viventium medio tollendi, suos edocuerit; atque adeò non rarò contingat, ut magistratus certis indicijs, ac præsumptione ductus & in hoc quoque casu Medicum requirere, ac, habitâ sufficienti cadaveris inspectione, sententiam ipsius rogare cogatur; non abs re fore existimo, si appendicis instar, ijs, quæ de lethalitatis in ijs, qui veneno extincti sunt adjicerem.

Et

Et cùm primò quidem intuitu negotium hoc- 13
ce(niſi palam & manifeſtum ſit omnibus)in nu-
da conjecturâ videatur conſiſtere,ita ut jam olim,
& ipſius Galeni tempore, inter Romanos Medi-
cos agitata fuerit controverſia:utrum proprię ſint
notæ veneni aſſumpti,nec ne Operæ proinde pre-
tium eſſe duco, certa quædam referre, ac tradere
ſigna,ex quibus Medicus ad inſpectionem requi-
ſitus,Magiſtratum certiùs informare, ſuamque
ſuper hac rę dicere ſententiam facilè poterit,
nec tamen de venenorum natura, & proprietati-
bus,nec de virulenta eorundem virtute & effectu,
jam dum dicendi, ſed ſigna tantùm, ex quibus an
de veneno aſſumpto conſtet, vel ſecus, tradendi
eſt animus. Brevitatis autem ſtudio ſigna iſta
omnia in duas potiſſimùm claſſes redigenda au-
guror; quarum prior antecedentia,poſterior ve-
rò præſentia continet; inter antecedentia 1 Præ-
ſumptionem, 2.mortui conſtitutionem & com-
plexionem, 3. ſymptomatum relationem, & 4.
mortis conditionem, referenda cenſeo.

Præſumptionem quod ſpectat, attendendum
præprimis in vitæ genus illius, in cujus cadaver
habenda eſt inquiſitio, & inquirendum proinde,
an lites, ac conventiones habuerit cum alijs; an
in ſingularem raptus fuerit invidiam ab alijs; an
conjuratum unum alterumvè habuerit hoſtem, &
adverſarium; vel,an ex cauſa aliqua externa, ipſe
ſibi,vitæque ſuæ invidus fuerit atque moleſtus.

Hinc conſtitutio non minùs & complexio
ipſius mortui attendenda, atque adeò conſide-
randum eſt,an, dum adhuc in vivis erat, boni vel
mali

mali fuerit corporis habitus; an sanus vel valetudinarius; an mente constans, an verò eadem captus fuerit?

Porrò & symptomatum relatio non parum ad hocce facere videtur negotium, cùm Medicus, ad inspectionem requisitus, ab adstantibus in eâ, quæ mortem præcesserunt, inquirit symptomata, monente hoc Aëtio, qui, cognoscere, inquit, & discernere oportet eos, qui venenum assumserunt, ex signis, quæ coincidunt, & consequuntur; ubi enim in aliquo placidæ & benè compositæ priùs mentis, & bonæ itidem habitudinis, accedente etiam justa ciborum concoctione, statim & derepentè variæ accessiones irruunt, præsertim ab accepto statim cibo ac potu, velut si accidat tussis, aut fœtida sanguinis per os ejectio, aut molesta & ægra lotij excretio, aut dolor in alto nitens, aut ardor immensus, aut plus quàm juvenilis, aut sensus erosionis, aut stuporis perculsio, punctura, itemque tremor, singultus, contractio, eruptio bullarum, livor, tumor, coarctatio, quarundam partium putrefactio, vomitus fœtidus & plenus, manifesta alicujus venenosæ qualitatis apparitio & demonstratio.

Ex his omnibus si aliquid repentè ab accepto cibo sano homini accidat, veneno hunc ipsum obijsse existimare debemus; quibus ex aliorum observatione ac experientia annumerantur: Oris calor, exspuitio frequens, sitis, ventriculi fastidium, ventris mordicatio, copiosa & cruenta alvi & urinæ excretio, anxietas circa præcordia, calor faciei plumbeus, difficilis respiratio, pulsus parvus & celer,

& celer, oculorum contorsio, frigus extremarum partium, sudor syncopticus, digitorum contractio, ungues nigrescentes, tremor labiorum, &c. quæ si absque manifesta causa, & occasione provenerint, veneni suspicio est.

Ac si mortis quoque perpendenda conditio & considerandum tandem, an citò, inopinatò & sano, quod dicitur, corpore, ac nullo præcedente vel morbo alio vel externa quavis injuriâ è vivis excesserit? Signa verò præsentia quæ ex ipsa oculari cadaveris inspectione maximè petere licet, sunt vel externa, vel interna; ad externa pertinet insignis, vel totius corporis vel Abdominis tantùm intumescentia, à virulenta, oppugnato calido nativo, fermentatione inducta; funestus cadaveris livor; maculæ circa præcordia inprimis & in reliquo corpore, plurimæ; nunc majores nunc minores; colores modò lividi, modo nigricantes, modò ex rubro flavescētes; uno verbo varij; prout scilicet veneni & ab eo inductæ corruptionis, fert qualitas & conditio. Interna verò sunt: ipsa veneni, vel venenosæ saburræ in ventriculo, utplurimùm latitantis, vestigia; massæ sanguineæ corruptio; & mutata præprimis viscerum qualitas. Cùm enim veneni omnis natura & proprietas in eo consistat, ut à totâ substantia agat, humanæque naturæ & complexioni extremè repugnet, atque viâ sua deleteria calidum nativum cordis primariò, atque adeò reliquarum etiam partium confertim oppugnare, ac destruere nitatur, fieri aliter non potest, quin statim atque assumptum est, ventriculi tonum quodammodò immutet, virulentiâ

verò suâ cor petat, ipsius robur omnibus viribus, totâque substantiâ infringat, ac citò quasi pede in reliqua quoque viscera sese insinuet, atque ita sanguinem, & spiritûs in vasis inficiat, viscerum verò temperamentum destruat, substantiam corrumpat, qualitates imutet, & sic integram humani corporis œconomiam subvertat, ac ipsam subinde animam citò è suo corpore emigrare cogat, & faciat, hinc viscera veneno extinctorum funesta satis apparere & vel plurimis suspectis miraculis conspersa, vel integrè immutata experimur; sanguinem in vasis majoribus alteratum planè & corruptum deprehendimus; in ventriculo dissecto veneni vestigia, ac reliquias ipsi videmus ut plurimum; ita ut aliena planè facies sit viscerum omniū in ijs, qui veneno extincti sunt, quàm qui vel morte naturali vel violentâ perierunt.

Nec sicco planè prætereundum pede existimo ex historicorum Authoritate, alia quoque recenseri signa scilicet, quòd cor veneno extincti, nec comburi, nec igne consumi posse dicatur, teste Suetonio *in Calig.* qui de Cæsaris Germanici obitu ita scripsisse legitur: Antiochiæ obijt, non sine veneni suspicione; nam præter livores, qui toto corpore erant, & spumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est, cujus ea natura existimatur, ut tinctū veneno, igne confici nequeat; cui adstipulatur Plinius: *lib.* 11. *c.* 37. certè extat oratio Vitelli, quâ reum Pisonem ejus sceleris coarguit, hoc usus argumento, palamq; testatus, non potuisse, ob venenum cor Germanici Cæsaris cremari. Accedit & hoc

hoc, tanquam signum, ex Plinij mente *lib.* 3. *c.* 63. corporis veneno extincti certissimum, quod si exponantur sub Dio cadavera veneno interfecta, neque à feris, neque ab avibus tententur; cujus rei causa manifesta esse videtur, quia venena, sive calida, sive frigida, congelant, & exsiccant dulcem illam corporum humiditatem, quâ feræ delectatæ solent cadavera persequi, aut etiam ab hujusmodi cadaveribus pravi & insuaves exspirant halitus, qui à feris persentiti, earum fugæ causa sunt, quorum tamen fides penes suos Authores esto.

Ex his facilè patere arbitror, Medicum rationalē quemvis, modò signa hactenus recensita circumspectè perpendat, ac collectivè consideret super veneno assumpto & hinc dependente lethalitate haud difficulter suam dicere posse sententiam ubi tamen recordari fas est, quàm amicè monere Medicum Ardoynus Pisaurensis soleat, ne in controversia de veneno, cuipiam ab altero propinato, festinanter, ac temerè suam mentem aperiat, cum in corpore generentur humores, qui ex putrilagine & corruptione insigni, ad veneni naturam convertuntur, à quibus accidentia penitus similia ijs, quæ ab assumpto veneno inducuntur.

Cum verò ex alterâ præprimis signorum classe constet, nudam externi corporis habitûs inspectionem & in hoc quoq; casu non sufficere, sed interiora etiam intueri, ac spectare oportere, sectione propterea opus esse, manifestum est; quæ ipsa tamen, cum suspecta satis sit, quandoquidem periculo vix caret, cautè administranda; ac propterea, meo quidem judicio, hæc duo potissimum circa eandem attendenda; quorum prius in prævijs

prævijs quibusdam Præparatorijs,posterius verò in ipsius sectionis administratione consistere videtur.

Quoad præparatoria determinandum est (1.) secandi,& inspiciendi tempus; (2.) eligendus locus;(3.)non negligenda præservatio;(4.)tandem absq; mora festinanda est Sectio & inspectio. *Tempus* quod attinet,sectionem & inspectionem differre non licet,sed, quantum possibile est,maturare eandem, paucisq; post mortẽ horis expedire,convenit;si enim protrahatur sectio,duplex exinde emergere potest incommodũ dum ex una parte in ijs, ubi nuda est suspicio, viscera, quamvis veneni omnis expertia, temporis protractu à causis plurimis ita alterari,& immutari possint, ut veneni assumpti suspicionem augeant, cùm tamen ne minimũ quidem veneni assumptum sit;ex altera verò parte ob sectionis dilationem,& procrastinationem,tanta tamq; maligna in cadavere excitari potest putredo & corruptio,ut inquisitio vix absq; adstantium & rem administrantium insigni vitæ periculo suscipi,ac expediri queat.

Locus sectioni & inspectioni aptus, & ipse sit conveniens;non obscurus, ac tenebricosus, sed lucidus; non spelunca,nec conclave quodlibet, præsertim quod occlusum est;sed sub dio auràq; libera expediendum negotium, ne operantes vel adstantes à tetris ac deleterijs exhalationibus, contagij quicquam attrahant, ac concipiant,atq; ita seipsos insanitatis, ac vitæ conjiciant periculum,à quo tamen metu eosdem liberare potest *Præservatio*, si, quos manum admovere oportet, ante sectionem unum vel alterum Cordiale præservati-

servativum Bezoarticum, vel alexipharmacum assumserint, balsamoq; convenienti nares, tempora, ac pulsus inungendo sibi prospexerint: reliquis vero adstantibus, excitato hinc inde suffimigio, pro exhalationum malignarum correctione subvenerint.

Festinare autem deniq; sectionem ac inspectionem ipsam omnium est convenientissimum; contemplato enim externo habitu, volante quasi manu Abdomen, aperiendum, ut artis est, ibidemque contenta inspicienda sunt, cum vasis maioribus, viscera, utpote in quibus venenum, notis ac characteribus suis seipsum manifestare assolet; quibus visis (si vel placeat, vel suspicio ac necessitas urgeat) ulterius quoque progredi, & thoracem imprimis apetire, vitalesq; partes intueri fas est. Omnia verò, quæ notanda veniunt, studiosè notare, sententiamq; ingenuè tandem dicere, inquirentium est officium.

Et hæc sunt, quæ ex d. Dn. D. Welsch Tractatu doctissimo de vulnerum partim lethalitate, breviter dicere, partim verò de signis lethalitatis in iis, qui veneno extincti sunt, adijcere constitui;

(a) Beust. *in l. admonendi ff. de iurei.*

Knichen *de Saxon. non prov. iur. c. 6. n. 65.* & Sixtinus *de regal. lib. 1. c. 2. n. 16.* qui hanc sententiam à multis Germaniæ JCtis præter alios traditam & ante quàm plurimos annos etiam à doctissimis viris in controversia inter Saxoniæ Duces & Erphordienses de via publica & mero

Imperio in ea exercendo mota, aliquot consiliis defensam esse scribit. Quòd si enim illi, qui neque concessione, neque præscriptione, consuetudinevé viæ publicæ regale vel in ea iurisdictionem acquisivit, de delicto propterea cognoscere liceret, quia ab utraque viæ publicæ parte iurisdictionem habet; illa utique iura quæ hac & cognitione & executione minora sunt, dubio procul etiam habebit, quia qui maius potest, potest & minus. *l. non minus debet ff. de R.I.* Niç. Everh. *loc. arg. à min. n.* 20.

Sicuti è contra, cui non licet quod est minus, nec licere debet quod est plus;

Ferret. *in Constit. Catalon. gl.* 4. *n.* 43.

aut regale in via publica habens nihil iuris in ea habebit, quod est absurdum: aut duo rem eandem in solidum possidebunt, id quod est absurdius. *l.* 2. *§. extra ordinario ff. de acquir. vel amit. poss.* 1. *Mavius §. sed si pars fundi. ff. de legat. dissentiunt P. I.* Aurelianus, *in aurora prax. rubr.* 12. *n.* 68. Alciatus *ad l. pariet.* 157. *ff. de V.S.* Cœpolla *de servit. rust. præd. c.* 3. *num.* 32. Guido Pap. *decis.* 577.

15 Rosenthal *conclus.* 22. *de F.* & alii. Quid vero de αἱμαλοδείξει seu cadaveris ad accessum vel tactum occisoris cruentatione statuendum? abstrusior ea est quàm quæ à cunctis queat intelligi, non tamen prorsus abstrusa aut occulta, nec semper singularis aut θειόν τι: naturalibus enim principiis constat, etsi secretioribus minusque cognitis, Aristoteli. Idem hic cognoscendus est Magnetismus Naturæq; Archæus invisibili modo per contactum invisibilem, tanquam verus homo inter-

Internus (externum corpusculum movens) actiones atq; operationes longè meliùs externè edens, qui in gravidis hoc operatur & fabricat, ut super sepulchrum demortuæ gravidæ vel puerperæ ambulantes facillimè abortum aut in fœtibus στίγματα patiantur; nec impressio hæc gravidarum, prout quidam opinantur nuda & phantastica imaginatio est, sed realis, per sydereì hominis actiones perfectissimas rerum productio. corpora mortua spiritibus mortificantibus prædita sunt. Quòd verò non quilibet fœtus eiusmodi στίγματα gerat, causa est, quòd exaltationes Archæi seu impressiones absque externorum remotione non sint liberæ. Internus enim homo non agit, nisi ab externis liber sit, puta in spiritualibus, sydereis & olympicis actionibus, per contactum invisibilem. Hinc fons Magiæ, Gabalæ, Estaseως & similium secretissimarum artium fundamenta: Hinc rationes eruendæ, cur dysenteria cesset, ano potentilla vel hedera terrestri deterso, inque Camino, ut per fumetur, suspenso? cur lac veneficio corruptum (verzauberte Milch oder Gespind) si oleo humano misceatur, intra paucas horas bonitati restituatur? cur huius ipsius olei beneficio, brachium vel crus aut pes veneficio perditus sanetur, &c. Valeriola cum Galeoto Martio asserit sanguinem præsente homicidâ fluere, verùm intra spacium decem vel duodecim horarum, ut plurimum contingere, rarissimèq; ulterius sese extendere. Errant tamē, id quòd permultis & rationibus & historiis probari posset. Quicquid autem horum sit, ego cognitioni per

cruentationem (Baarrecht) nunquam tantum attribuerem, ut ex ea sola decerni debeat tortura, quanquam inter iudicia ad eam rectissimè recenseri posit. Confer D. Gregor. Horstium p.m. in tr. de cruent. cadav. nec non Paracelsum, Martinum Delrio *in comment. in Octaviam Senecæ vers.* 127. Gödelmannum *in præfat. lib. 3. de Lamiis.* Maiolum *de diebus canicular.* Besoldum *in thesaur. pract. verbo* Baarrecht.

16 De homicidarum vel cursoricidarum ac latronum pœnis, vide constitutionem Carolinam & qui de processu criminali ac pœnis scripserunt. Quomodo tamen & quando fieri posit pœnæ remissio aut mitigatio, lege elegantem disputationem inauguralem Andreæ Schrad. Hamburg. sub patrocinio, &c. Joh. Wurmseri JCti & Prof. LL. Tübing. de iure aggratiandi vom begnadigungs Rechten/ anno 1647. mense Novembri habitam.

THEOREMA III.

SUMMARIA.

1. *Variæ de hac controversia sententiæ.*
2. *Nobilitas membrorum humani corporis quomodo æstimanda.*
3. *Cur illius sit de homicidio cognitio in cuius territorio pedes siti sunt.*

SI verò in confinio interfectus inveniatur, ad illum Magistratum

tum ſpectat delicti cognitio, in cujus territorio interfecti pars infima ſeu pedes poſiti cernuntur. (*a*)

(*a*) *Ita mecum ſtatuunt Niel in Diſp. F. ult.* 1
& Hœnon *in diſp. pen. l.* Nonnulli tamen eius putant eſſe Magiſtratus de delicto hic cognoſcere, in cuius territorio caput occiſi jacere reperitur.

Jac. de Bellovis. *pract. crim. l.* 3. *c.* 18. Berlich. *deciſ.* 62. *& hanc ſent.* Gotfrid. Müller *communem eſſe ait diſp. F.* 3 *ex l.* 44. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* nonnulli, in quibus Cor. *ut* Bald. *d. loc.* aliqui ad utrumq; ſpectare Cognitionem tradunt. *ut* Bald. *in l. ſciens.* 2. *C. ubi de crim. ager. oportet. n.* 2. *ibi*: *hinc eſt enim & ſequitur.* Bartol. *in tr. de Iurisd. omn. Iud. n.* 4. *& in l. Iurisperitos ff. de exc. tut. n.* 2.

Quidam inter interfectum vulneratum & non vulneratum, interq; ſanguinem uni tantum territorio vel utrique aſperſum, diſtinguunt, ut d. Müller.

Verùm, cum, quoad membrorum reſpe- 2
ctum, hic de vita & morte hominis phyſicè ſe habente, agatur, & pro huius aut illius conditione delicti cognitio adiudicanda veniat, ſciendum, dupliciter membrum principale conſiderari, vel ratione neceſsitatis, vel ratione dignioris operationis. Illo modo, Cor ſolùm eſt principale membrum; tanta enim cordis eſt neceſsitas reſpectu totius in animali perfecto, ut omnes reliquæ operationes huius adminiculo indigeant, cùm calor influ-

influens ibi oriatur. *d.* Gr. Horst. *de Nat. Hum. l.*1.*exercit.*6.*q.*1.unde Conciliator *differ.*38. inquit: potest aliquid dici principium alicuius dupliciter, aut radicaliter & primò, vel manifestativè & secundariò; primo siquidem modo est unum membrum principale, alio verò plura sunt; patet ergo, ait Horstius idem ibidem, quod in comparatione trium membrorum principalium (cordis, in quo vitalis, cerebri, in quo animalis, & hepatis, in quo naturalis facultas residet) primus locus cordi tribuendus, quando videlicet primatus communitate & necessitate influxisse æstimatur, quia cor reliquis omnibus præest: at, si dignitas ex nobilitate & operationum perfectione dijudicanda, non cordi sed cerebro cum Platone, Hippocrate, Galeno, divo Augustino & reliquis partibus primatum damus, quod etiam obtinet Laurentius *lib.*1. *anat. q.*4. *& Dd.* Conimbricenses *lib.*1. *de gen. & corrupt. c.*5. *q.*1. *art.*6.

Cùm verò ad hunc nostrum casum non tam consideranda veniat dignioris operationis (cuius respectu caput quidem principale membrum dici mereretur) quàm necessitatis & fontis vitæ iam exsorptæ ratio; Certè ubi iuxta membrorum positum & principatum judicandum, non in cuius territorio caput, sed ubi cordis regio jacet, videndum esset; taceo *d. l.*44. casum seu facti speciem, cum nostra quæstione nihil commune habere. Quoniam autem præsumptiones & coniecturæ quæ ab ima corporis parte desumuntur, cæteris longè probabiliores *d. disp. pen.*

Siquidem, cùm ad lapsum seu casum ante omnia

omnia pedum titubatio requiratur, quæ ut plurimum in eo territorio fit, ubi delictum committitur, non caput sed pedes respiciendi: nisi probari queat, interemptum non statim procubuisse animamque exhalasse, sed aliquod itineris adhuc spatium procurrisse. Ast hoc qui probare potest, facilè quoque significare poterit, utro in territorio internecio sit perpetrata, & ubi (consecutivè) Ἀγγαροκτονόλιθος seu lapis & monumentum Cursoricidii veniat erigendum, Epitaphioque illo Opiciano decorandum.

Ein Postbott hat allhier jhm seine Ruh genommen/
Weiln er dem Tode nicht vermochte zuentkommen.

Atq; hæc de Regali postarum jure pro præsentis instituti ratione ob causas domi notas postatim & citis Suedorum rangiferis citiùs (exemplo JCti, rectiùs sentientium præsertim *quorumvis Superiorum meorum judicio rectiori salvo*) conscripta sufficiant. Quorum ex voto si non sunt omnia limata aut undiquaq; verbosis legum monumentis satis exasciata, ij meminerint, quòd quemadmodum nulli venatori vitio est, non omnes feras capere, ita diffusam materiam tractantibus & raram, satis, maximam partem tradidisse.

INDEX.

Angaria

Bla-

Cele-

Cranii

Cu

D.

Diplo-

Equi

Humi-

M.

Matri-

Negli-

Pecca-

Post,

Privi-

S.

Tracta-

FINIS.

ERRATA.

Æquanime Lector:

OMnino ſperaveram hanc Editionem ut auctiorem ita & emendatiorem in lucem proferre, at propter indoctiores amanuenſes, quorum opera totus ęger lecto affixus uſus fui, urgente Bibliopola ſum voto meo fruſtratus, quo nomine mecum potius dole, quam ſuccenſe, quædam ſic corrigens. p. 22.l.11. Magnatum. p. 26. Látine. p. 40.l.10. tunc jam. l. 18. certabat. l. ult. petiturus. p. 37.l.5. bedacht ſeyeſt. l. 22. *dele* in. p. 8. l. 21. antiquitus. p. 108. l. 24. c. 35. & verbis. p. 113. l. 6. abigentus. p. 117. l. 2. faciat. l. 9. *δρόμημα*. p. 129. l. 4. gen Adrianopel. q. 137. l. 2. reliquæ. p. 141. l. 21. *διπλῶν*. p. 165. l. 11. De qua re. p. 257. l. 9. reſponſoriarum. p. 302. l. 10. Frintz. p. 312. l. *antepen*. Spiræ. p. 368. l. 2. Cives ſunt nec. p. 397. l. 23. Equorum privilegia. *Et ſic deinceps*.